

pere gravius sacrilegium quam sacrilegium illius qui reliquias desert. Ergo aut negandum est gestantem Eucharistiam sacrilegium perpetrare, dum peccato luxuria peccat; aut concedendum aliqua profanatione sacrilegia inquirari etiam cum qui reliquias deserens in libidinibus culpam prolabitur.

**XXI.** Quid, si reliquiae darentur scorto in pretium actus veneri? Tunc non sacrilegium modo, verum etiam simonia crimen committeretur, si vero gratis darentur, & in gradibus argumentum; nullum foret crimen. De sacrilegio advertitur tempora facta in tractatu de praecepto sanctificandi sacra disputabitur.

## CAPUT XII.

De flagitiis contra naturam.

**I.** Omnia peccata sunt quodammodo contra naturam, quatenus naturali recte rationi advertantur. In praesentia sermo est de peccatis contra naturam, prout pervertunt primarium naturae ordinem, sive quae a natura praestituto repugnant. Finis autem veneri actionis est prolis conceptio. Omnes ergo veneri actiones quae prolis conceptum impediunt, vitia sunt contra naturam. Quae generice haec vitia describi valent, quod sint inordinatus veneriorum usus prolis conceptionem impediens.

**II.** Quatuor sunt species. Pollutio, seu immundities, bestialitas, sodomia, concubitus inordinatus cum femina, impediens prolis conceptum. Haec omnia docet D. Thomas 2. 2. quae. cliv. art. 11. *ibi est determinata luxuria species ubi specialis ratio deformitatis occurrat, quae facit indecentem actum veneri.* Quod quidem potest esse dupliciter. Uno quidem modo quia repugnat rationi recte, quod est commune in omni vitio luxuriae. Alio modo quia etiam super hoc repugnat ipsi ordini naturali veneri actus, qui convenit humanae speciei, quod dicitur vitium contra naturam. Quod quidem potest pluribus modis contingere. Uno quidem modo, si quisque omnino concubitus causa delectationis veneri conceptum procuraverit; quod pertinet ad peccatum immundities, quam quidem molliem vocant. Alio modo, si fiat per concubitus ad rem non eiusdem speciei, quod vocatur bestialitas. Tertio, si fiat per concubitus ad non debitum sexum, puta masculi ad masculum, vel feminae ad feminam, ut Apostolus dicit ad Rom. 1. quod dicitur sodomiticum vitium. Quarto, si non servetur naturalis modus concubendi

aut quantum ad instrumentum non debitum, aut quantum ad alios monstruosos, & bestiales concubendi modos.

**III.** Quae I. Differunt ne species haec peccata contra naturam? Resp. Negant recentiores Probabilitate non patet. Caramel in Theol. Moral. Lib. IV. numer. 1667. Diana Part. VII. tract. xii. resol. 25. Marzuchellus tract. de casib. servat. cap. xiii. Filiucius tract. xxx. cap. viii. q. 111. numer. 141. probabilem reputat opinionem. Trullenchius Tom. II. cap. 1. dub. 8. P. Dominicus Viva in praesep. 24. Alexandri VII. numer. 1. pro hac eadem sententia laudat Melchiorum Canum, & Armillam. Causa nec verbum hac de re habet, quantum mihi colligere licet. Armilla conceptus verbi oppositum docet. Luxur. num. 5. ubi textum S. Thome ex 2. 2. quae. cliv. art. 11. perstringit, deinde concludit. *De huiusmodi oportet consisti specificae.* Armilla ergo cum S. Thoma, aliter Theologus docet, vitium contra naturam esse unum specie distinctum, sui generice tributum in varias species infans.

**IV.** Praefata opinio damnata fuit ab Alexandro VII. in hac propositione, quae in ordine est 24. *Mollietas, sodomia, & bestialitas sunt peccata eiusdem speciei in prima; id eoque sufficit dicere in confessione se procurasse pollutionem.* Falstus huius propositionis evidens est. Nam quodlibet horum vitiorum peculiari modo opponitur virtuti castitatis, qui modus diversus efficit obiectum formaliter diversum. Ergo specie differunt inter se. Actiones enim speciem capiunt a suis obiectis. Unde, si specie differant obiecta, necesse est & actus ipsos, haec obiecta spectantes, specie distingui. Diversitas modi cuiusque peccati patens est. Nam pollutio, seu mollietas impedit conjunctionem maris, & feminae a natura praestitutam, ut habeatur prolis conceptio. Natura item iubet quod mas & femina sint eiusdem speciei. Et hoc tollit bestialitas. Tertio statuit natura lexum diversum. Et hunc ordinem pervertit sodomia perfecta, nempe commixtio maris cum mare, aut feminae cum femina. Quarto praescribit vasa congrua generationi. Et contra hoc facit sodomia imperfecta, seu innaturalis modus concubendi; ut quando mas & femina congregantur, non servato instrumento a natura indicato ad generationem, si nempe vir cognoscit mulierem in vase praeposituro. Alii autem modi monstruosi, & innaturales, ut quando femina est incuba, & succubus homo, aut quando ex latere copu-

lam

lam habent, non semper sunt peccata mortalia; cum aliquando necessitas urgeat recedentia; aut coniecto modo concubendi v. g. quando homo nimis obelus est, illum quae iucunda sustinere mulier neguit, possunt ex latere se de agnoscere; dummodo absit periculum effundendi seminis. Praecia necessitate, etiam in modo semper sunt vitiosi; & improbandi ad minus ut peccata venialia.

**V.** Quae II. Quidam ex his flagitiis sceleratissimum sit? Resp. Sermo est de vitio istius natura propriam speciem luxuria spectantis. Nam dubium non est, aliquid ex istis vi alicuius circumstantiae specie distinctae posse gravius fieri, ut si pollutio exerceatur cum persona sacra, induit circumstantiam sacrilegii, quemadmodum dictum est. Silendo ergo intra fines istarum specierum gravissimum omnium scelus est bestialitas, deinde sodomia, post mollietas, seu pollutio, tandem inordinatus concubitus. Ita docet D. Thomas 2. 2. quae. cliv. art. 12. ad 4. *Gravitas in peccato magis attenditur ex obitu alicuius rei quam ex omissione debiti usus.* Et ideo inter vitia quae sunt contra naturam, infimum locum tenet peccatum immundities, quod consistit in sola omissione concubitus ad alterum. Gravissimum autem est peccatum bestialitatis, quia non servatur debita species. Unde super illud Genes. xxviii. Accuravit fratres duos de crimine pessimo, dicit Glossa, quod cum pecoribus miscbantur.

*Post hoc autem est vitium sodomiticum, cum ibi non servatur debitus sexus. Post hoc autem est peccatum ex eo quod non servatur debitus modus concubendi.* Magis autem si non sit debitum vas, quam si sit inordinatum secundum aliqua alia praerogativa ad modum concubitus. Omnibus autem istis scelus horrendius est congressus cum demone.

## CAPUT XIII.

De pollutione voluntaria, seu mollietate.

**I.** Duplex pollutio. Altera voluntaria, quae est deliberata seminis effusio. Altera involuntaria, quae repugnant voluntate, natura semen in vigilia, aut in somno effundit.

**II.** Pollutionem voluntariam esse peccatum mortale gravissimum contra naturam certum de fide est. Inquit enim Apollolus Paulus I. ad Cor. vi. vers. 9. *Nolite errare: neque fornicari, neque idolis servientes, neque molles...* regnum Dei possidebunt. Idem inculcat ad Galat. v. vers. 19. *Manifesta sunt autem opera sur-*

Conc. Theol. Tom. IV.

vis, quae sunt fornicatio, immundities &c. Quae talia aequat regnum Dei non consequentur.

**III.** Ioannes Caramel Probabilitatem anreignans in sua Theol. Mor. Lib. I. n. 1603. negativam pollutionem natura sua esse peccatum mortale his verbis. *Mollietas iure naturae prohibita non est. Unde si Deus eam non interdixisset, sepe esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.* Quam propositionem damnavit Innocentius XI. etque in ordine 49. Quod non iure tantum divino, verum etiam iure naturali, verita pollutio sit, veritas est manifesta; cum sit contra ordinem a natura praestitutum: impedit enim prolis conceptionem, quae est finis primarius delectationis veneri. Quid quod vel ipsi Ethnici haec agnoverunt veritatem, ut patet ex Martiali epig. xlii.

*Ipsum crede tibi naturam dicere verum. Ipsi quod dignis, Pontice, penes, homo est.*

Quod opponit Caramel, futile est. Nam pollutio languinis, lactis, urinae, sudoris, nulli naturae ordini repugnat, sed, debitis conditionibus servatis, eidem congruit. Praefata enim ad individui sanitatem ordinantur, efficiuntque. Semen vero humanum non nisi propter generationem, & propagationem humanae naturae effundi potest; cum hic sit unicus eiusdem finis.

**IV.** Quae I. Differunt ne pollutio propriis tactibus procurata, a pollutione procurata tactu mulieris dormientis, aut pueri doli incapax? Resp. Convenit penes omnes, duo peccata committi, quando duae personae concurrunt ad pollutionem. Disputatur dumtaxat, quando una sola persona pollutur tangendo vel feminam dormientem, aut puerum doli incapacem.

**V.** Adfirmat prima sententia, videlicet pollutionem excitatam alterius contactu specie differre a pollutione procurata propriis tactibus, atque adeo exprimentam in confessione esse haec circumstantiam. Nam pollutio cum femina dormiente excitata, est veluti copula inchoata, ad quam ordinatur. Si femina sit nupta, virgo, aut sacra; pollutio induit varias speciem. Pollutio autem propriis tactibus procurata. Ergo etiam modi pollutione natura praesentis. Ergo etiam modi pollutione specie distinguuntur. Accedit quod tactus impudici cum viro exercit ordinem fessus perturbant: ergo specie differunt ab istis habitis vel cum femina, vel absque alieno instrumento.

T

VI.

VI. Altera sententia negat, eiusmodi pollutiones specie distingui. Nam natura pollutionis in voluntaria seminis effusione sita est. Quod vero aut propriis, aut alienis instrumentis procuratur, de materiali, ut dicitur, se habet.

VII. Mihi prior aridet sententia. Primo, quia, dum quis pollutionem procurat confricando corpus alterius, illud pollutit, templumque Dei ex parte sua corrumpit, & violat. Si hæc confricatio cum puero doli incapace fiat, vix reparabilis est a desiderio sodomiae. Secundo quia in praxi vix hæc contingere possint abique alterius dolo. Quare qui talis criminis reus foret, mea quidem sententia hæc circumstantias pandere in confessione deberet, & sigillatim exponere, an pollutio peracta fuerit cum semina, vel cum viro.

VIII. Quæst. II. *Qui se pollutit, si habeat delectationem moralem, aut desiderium alicuius persone sacre, conjugate, vel affinis, aut solacie, debet ne has circumstantias pandere in confessione?* Resp. P. Richardus Archiepiscopus Part. II. tract. v. cap. iv. de 6. præcept. n. 14. docet, probabile esse simplicem delectationem quæ fertur in personam conjugatam, aut affinem, non habere malitiam distinctam. Verum hæc opinio laxa est. Delectatio speciem capit ab obiecto. Ergo, quando obiecta sunt in genere moris specie diversa, delectationes quoque de iisdem obiectis specie distinguantur oportet. De desideriis nulla est difficultas. Communiter fatentur omnes, debere hæc in confessione explicari. Qui enim coiret cum Moniali, aut nupta, nedum copulam carnalem, sed etiam circumstantiam personæ sacre, aut nuptæ exprime-re deberet.

IX. Quæst. III. *Pollutio voluntaria ita ne intrinsecus mala est, ut ob nullum finem, puta servandæ sanitatis, vitæ, vel Reipublicæ, licita evadere queat?* Resp. Adfirmat communis, & vera sententia. Quoniam semen humanum unice ad generationem individuû, & medio individuo ad propagationem speciei ordinatum est; nullo autem modo ad propriam salutem procurandam. Porro qui voluntarie se pollutit, abique copula cum muliere in vasa debito, ob conservandam sanitatem, semen prodigit contra finem a natura institutum. Ergo peccat. Hanc doctrinam tradit Angelicus 2. 2. quæst. lxxxviii. art. 11. ad 3. *Cibus directe ordinatur ad conservationem persone. Et ideo abstinentia cibi directe potest vergere in periculum persone. Sed cibus non ordinatur directe ad conservationem persone, sed ad*

*conservationem speciei. Unde nec directe abstinentia cibi per continentiam vergit in periculum persone.*

X. Aliis rationibus suadetur opinio hæc. Bonum commune prævalere debet bono privato, etiam vitæ. Atqui seminis effusio extra copulam est contra bonum commune natura humana: de medio quippe tollit hominum generationem. Ergo neque ob privatam alicuius sanitatem licita est. Accedit quod cum valde ingentem delectationem experiantur homines in seminis effusione, si hanc repararent ten medicinam ad propriam salutem conservandam, passim, & frequentissime, libidinis æstu abrepti, existimarent pollutionem procurandam esse ad consulendam sanitati; quin delectatione medicinæ absorpti tam frequenter illam repeterent, ut propriæ sanitatis iacturam facerent. Hinc sequitur pollutionem tum bono communi humanæ propagationis, tum bono privato proprii individui noxiam esse; atque adeo namquam licitam.

XI. Obiectis I. Licita est expulsio fetus ante animationem, ut vitæ matris conservetur. Ergo licita est pollutio, ut sanitas conservetur. Nam sicut fetus matris vitæ conservatur quandoque est, ita semen redundans corporis sanitati est noxium. Resp. Negatur tum antecedens, tum consequens. Antecedens damnatum est ab Innocentio XI. in hac propositione 34. *Licet procurare abortum ante animationem fetus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut insanetur.* Si ergo neque diffamatio, neque occisio futura pelleret deprehensæ gravidæ satis sunt ad procurandum abortum; patet licitum haud esse procurare abortum ad salvandam matris vitam. Potest quidem mater, si eius vita periclitetur, uti remediis necessariis ad salutem, etiam si licet sequatur abortus. Verum nunquam ei licet sumere medicinam directam in hunc finem, ut sequatur abortus. Nihil ergo licet eruiat ad inferendum, esse licitam pollutionem. Quamquam non desint qui, concesso antecedente, negant consequentiam. Discrimen assignant, quod fetus in ventre matris existens, etiam inanimis, reputatur suppositum moraliter distinctum, & aggressor salutis matris. Porro mater, inquit, contra eundem aggressorem iure dimicare valet. Semen vero, dum intra vasa seminalia sistit, non distinctum, sed unicum est individuum. Nemo autem contra semetipsum pugare valet. Vera hæc, an falsa sint, nihil ad nos, qui primam dumtaxat responsum defendimus.

XII.

XII. Obiectis 2. Vita actualis præferenda est vitæ quæ in potentia tantum vitæ est. Semen est vita in potentia; individuum e contrario, quod semen effundit, actus vivit. Ergo, quando alterutrum destruendum sit, individuum, quod reapse vivit, antepone-dum videtur; atque adeo seminis expulsi-o-ne ferendum. Resp. Vita actualis præferenda est vitæ in potentia, actione licita; secus mala, & vitæ. Actio effundens semen, seipsa mala est, ut probavimus. Ergo nequit assumi ut medium ad conservandam propriam vitam. Licetum quippe haud est facere mala, ut inde bona eveniant.

XIII. Obiectis 3. Vasa spermatica sunt instituta ad propagationem generis humani; & tamen excidendi queunt ad conservandum individuum. Ergo etiam semen effundi potest eo eundem finem. Resp. Negatur consequentia. Homo a publica potestate, iusta occurrente causa, occidi valet: nec propterea pollutio proficisci potest. Actio occidit licita est, dum imperatur a potestate legitima. Actio quæ procuratur seminis effusio, suapte natura mala est. Ideo nunquam licita evadere potest.

XIV. Disputant Salmanticenses Scholastici Tom. V. tract. XIII. disput. x. dub. 6. n. 218. possit ne Deus pollutionem præcipere: & partem adfirmantem defendunt; quibus subterfugit Salmanticenses Morales tract. xxvii. cap. vii. punct. 2. num. 25. Quoniam Deus potest præcipere occisionem innocentis. Ergo etiam imperare potest pollutionem. Deus enim sapientius aulterius valet vitam actualem, eadem poterit præcipere impedimentum vitæ, quæ est dumtaxat talis in potentia.

XV. Limites præfixere omnipotentia divina excedit facultatem humanæ mentis. Quare similes quæstiones vix aliquo modo ausu illiciti possunt. Tamen quia quandoque excitari solent, non ut fines præstituantur infinite potestati divinæ, quæ, quidquid non repugnat fieri, præstare valet; sed ut rem nature clarior explicentur: ideo respondeo, fieri haud posse, ut ego quidem arbitror, quod pollutio a Deo præcipiatur. Quoniam, ut dictum est, actio hæc effusiva seminis extra copulam conjugalem adeo dissonat rationi, ut nulla appareat ratio cur licita evadere nunquam possit. Suapte quippe natura rationem absorbet ob vehementem delectationem, concupiscentiam rebellio-rem facit, irritaque adversus rationem ipsam, sublato omni honesto fine. Quare actio hæc

inordinata seipsa est. Nequit ergo a Deo imperari. Deus imperare potest occisionem innocentis: quia actio occidit innocentis, peritit iustus conditionibus, nullius ordinis perversionem importat. Accedit, multas appa-tere æquifimas causas ob quas Deus præcipere innocentis mortem potest; nullam vero assignari a nobis posse iustam rationem propter quam Deus imperet pollutionem. Quod si reponas, nostrum non esse rationem iustis præcepti designare; subdam ego, nostrum quoque non esse, præceptum ipsam in examen adducere. Mitramus ergo quæstiones quæ caput nostrum excedunt.

XVI. Quæst. IV. *Licitum ne est confricare membra, aut alius incitamentis uti, ut expellatur semen corporis, dum timetur veri seminis effusio?* Resp. Adfirmatur plures recentiores Probabilitate. Ioannes Sanchez disput. xxxi. num. 29. Filiucius tract. xxx. cap. viii. n. 150. Diana Part. II. tractat. xvi. respo. 56. Thomas Sanchez Lib. IX. de matrimonio. disput. xviii. num. 19. fed eam retractavit Lib. V. Sum. cap. vi. n. 12. Contraria sententia communis, & vera est, quam defendunt Salmanticenses Scholastici loc. cit. num. 235. item Morales loc. cit. n. 27. Bonacia de matrimonio. quæst. iv. punct. 10. n. 12. Lugo de peccatis. disput. x. sect. 5. num. 126. La-Croix Lib. III. part. 1. n. 926. & alii communiter. Ratio evidens est. Pollutio voluntaria natura sua mala est. Ergo nequeut fricari verenda ad expellendum semen corruptum, dum periculum est expellendi verum semen. Accedit quod agitato, & irritato verendum ad expellendum semen corruptum, natura sua expulsi valet veri seminis: quia per le concupiscentiam titillat, irritat, provocatque ad veram pollutionem. Quid quod, si hoc permitteretur, passim homines, venerea delectatione abrepti, reparentur le redundare semine corrupto, ut occasionem haberent pollutionem veram exercendi? Rationes quæ opponuntur, futiles sunt; ideo illas prætereo.

XVII. Quæst. V. *Mulier quæ in coitu cum marito non seminat, peccat ne si peracta coitu, le tactibus ad seminandum provocet?* Resp. Negat Salmanticæ. loc. cit. n. 29. quia talis terminatio est complementum præcedentis coitus. Quod enim immediate ante, vel post coitum fit, in ipso coitu fieri videtur. Ante coitum licet tam viro, quam semine tactibus venenem excitare, ut simul seminare valesant, si forte uno altero tardius fit in semine erigendo. Accedit quod nimis durum esset fe-

T 2

mi-

mine, sit matrice coitu viri irritata, & valde accensa, ardorem illum perferre debet, quin feminis effusione extinguere possit. Idem docet Sanchez de matrimonio, lib. IX. disp. XVII. num. 9. & 10. Nolo nunc hanc improbare sententiam ob alias rationes, quam in tractatu de matrimonio serius examinabo.

XVIII. Quæst. VI. *Estne peccatum dissolutum quampiam excitare? Resp.* Præteruriam, & semem, tertium quemdam humorem ex verendis tum mulieris, tum viri distinguunt post medicos Theologi. D. Thomas ipse hunc dilinguit humorem opusc. lxxv. titul. de fluxu libidinis, his verbis: Præmittendum quoque non est, quod quibusdam contingit interdum conscientia dubietas, & perturbatio magna, unde ipsi vigiliantibus absque ulla commotione carnis, & cogitatione immunda, humor quidam per membrum secretum egreditur sine delectatione, & quasi insensibiliter; ita ut multi de hoc non pendant, nisi cum pavore sentiant madefactos. Cuius causam aliqui ignorantem turbantur, & errant, putantes se pollutos esse. Et idcirco sciendum est, quod illius humoris effusio non est pollutio: quia, ut dicitur in medicis, sine delectatione libidinis, & carnis commotione nullus potest polui vigilando. Ad ipsius tamen effusionem humoris videtur naturalis conditio causam exhibere primariam, sed deinde id aliud quod ad naturam disponit, causa variosa, & evitabilis perficit, & continuit. Quibusdam hoc proovincit agere propter solum presentiam, & alioquinem alicuius persone in cuius conspectu habet complacentiam sensualem, & vanam, seu ad quam inordinate amor affectus, aut per tactum impudicum levem, aut imaginandum aliquos actus impudicos foris, & morose. In his enim casibus, & aliis similibus multi inveniuntur habere calefactiones, & commotiones carnis libidinosas, dictumque humorem emittere, velint, nolint. Sed eas causas, & similes, que sunt evitabiles, debet quislibet fugere, & evitare pro posse, maxime qui sentit de hoc se esse passionatum, seu ad hoc naturaliter inclinatum, sive ex vicio moris, sive ex debilitate nature. Et qui occasione huiusmodi non vitaverit pro posse, vel inusta posse, relinquendo amicitiam, & familiaritatem personarum ad quas inordinate affectus, fugiendo etiam allocutiones, & aspectum personarum; licet non credant, ipsam predictam effusionem peccare mortaliter, nisi forte aliter concupisceret, aut impudice tangeret personam, que est causa ipsius effectus, tamen credo eum graviter peccare ex magna peccati mortalitatis peri-

culo: & ideo consilium do tibi, quod absque dilatione morosa ipse sibi violentiam faciat in hac parte fugiendo personas huiusmodi, atque cum eis omnem opportunitatem loci, & temporis evitet.

XIX. Laudatum opusculum non esse D. Thomam, valde probabile existimo, si illic ratio non levem assert coniecturam. Doctrinam tamen veram arbitro, quam tradit etiam Cateranus Tom. I. opusc. tract. xxii. quæst. i. Itaque, si causa illius distillationis sit ipsa nature debilitas, qui eam patitur abique ulla complacentia, nullum crimen committit. Quin, si pollutio ipsa, seu feminis effusio ex nimio calore, aliove nature vicio erumpat, nullum est crimen, quando voluntas repugnet. Causa ergo live illius tertii humoris, sive ipsius feminis effusio spectanda est. Si causa sit innocens, innoxius quoque habebit effectus. Si causa fuerit vitiosa & vitabilis, ut turpe colloquium cum muliere, aut vicio, illius impudicus aspectus, & conversatio; tunc ob causam non evitatum mortalis reputanda erit tum distillatio, tum pollutio, ut ex adducta etiam auctoritate constat.

XX. Quæst. VII. Pollutio voluntaria in causa peccati ne est? Resp. Duplex distinguitur pollutio causa solet. Altera per se, & directa, que sapite natura in pollutionem tendit, etiamque infert; quemadmodum potius veni infert; tum letale vulnus per se mortem inducit. Etiammodi autem causa per se pollutio sunt tactus turpes in pudendis, verba valde lasciva & amatoria, cogitationes obscene, pudendum conficiationes, & atrectationes. Causæ per accidens sunt que natura sua pollutionem non inferunt, sed per accidens quodam affectus quibus iungi pollutio licet præter naturam intentionem. Etiammodi causæ sunt immoderatus cibus, & potus, studium rerum venerearum, audire mulierum confessiones, equitatio, aliarque plures actiones extra genus luxuriam.

XXI. Causarum istarum alie graves sunt, alie leves, & alie media. Graves sunt que graviter pollutionem inferunt, ut sunt causa per se; leves, que remote ad pollutionem concurrunt, ut tactus digiti, aut manus, vel brachii femine, aspectus eiusdem vultus, lectio curiosa &c. Causæ mediae appellantur que de se non inducunt pollutionem, sed quandam efficacitatem habent ex persona dispositione, ut sunt aspectus proprii, vel alieni corporis eiusdem sexus, aspectus imaginis turpis &c. Verum eiusmodi causas quas media

dias vocant, vix ergo distinguere scio a causis levibus.

XXII. Gravitas, aut levitas talium causarum, que medie dicuntur, non ex earumdem natura absolute spectata, sed ex respectu ad personam accipi debet. Causa que respectu Sempronii levis est, respectu Titii est gravis & contra.

XXIII. Ad questionem ergo propositam respondemus, pollutionem voluntam in sua causa peccatum esse mortale. Quapropter qui cognoscit probabile periculum pollutionis, peccat mortaliter, dum applicat causam ex qua scaturit pollutio, excepto ne cessitatis calu; ut si, aliis medicis deficientibus, curanda mulier esset; medicus tunc, necessitate succurrendi faminae periclitari compellitur, possit illam curare etiam solutus esset ex eiusmodi cura pollutionem pati: dummodo tamen actibus virtutum munitus, & potissimum fiducia in divina gratie subsidia roboratus ad curam accederet cum firma deliberatione non consentiens.

XXIV. Quæst. VIII. Pollutio præcisa, tamen si non intentio, est ne peccatum letale? Resp. Si pollutio intendatur, temper est peccatum mortale, ex quacumque causa, etiam per accidens oriatur. Id dumtaxat in questionem vertitur, sit ne peccatum, quando prævidetur, tamen si non intendatur. Quo in casu, si causa applicata natura sua pollutionem inferat, aut si alium effectum non inducat, nisi media pollutione, qui causam pollutionis applicat, mortaliter peccat. Ratio est manifesta. Quicumque ponit causam que natura sua parit effectum malum, nullumque alium effectum bonum producere valet, nisi medio hoc effectu malo, dubio procul quæ voluntate ponit causam, eadem vult effectum ex tali causa necessario consequentem. Ergo applicare causam pollutionis, licet hæc pollutio ordinat ad sanitatem, est peccatum mortale. Quoniam effectus bonus sanitatis non habetur, nisi media pollutione, que consequitur applicationem causæ.

XXV. Obiicies. Licetum est fumere medicinam, que directe causat ebrietatem, si id necessarium sit ad salutem assequendam. Ergo licetum erit fumere medicinam inferentem pollutionem sanitatis recuperandæ causa. Resp. Admisso antecedente, de quo alibi, negatur consequentia. Potus natura sua instituit est ad corporis sanitatem: ideo sumi potest istius intuitu, etiam prævidetur secutura ebrietas. Seminis vero effusio nullo modo ordinata est ad hominis sanitatem.

Contr. Theol. Tom. IV.

tem, sed ad solam generis humani propagationem media copula coniugali.

XXVI. Quæst. IX. Licetum ne est applicare causam que natura sua instituta est ad præcedendum effectum bonum, si pollutionem simul inducat? Resp. Adfirmat communis sententia: dummodo graviter urgeat necessitas, loluque bonus effectus intendatur. Hæc sententia aperte elicitur ex doctrina D. Thomæ qui 2. 2. quæst. lxxv. art. 7. licitam ostendit defensionem proprie vitæ, quamquam ex tali defensione occidio legatur aggressoris. Inquit enim. Nihil prohibet unius actus esse duos effectus; quorum alter solum sit in intentione, alius vero sit præter intentionem. Morales autem actus recipiunt speciem secundam id quod intenditur, non autem ab eo quod est præter intentionem, cum sit per accidens. Ex actu ergo alicuius scilicet quidem tendens duplex effectus sequi potest: unus quidem conferendo proprie vitæ; alius autem occisio irradentis. Actus ergo huiusmodi ex hoc quod intenditur conferunt proprie vitæ, non habet rationem illiciti; cum hæc sit casus naturalis quod se conservat in esse quantum potest. Sed quia occidere hominem non licet, nisi publica auctoritate propter bonum commune, & licetum est quod homo intendat occidere hominem, ut seipsam defendat. Quemadmodum igitur licita est proprie vitæ defensio urgente necessitate, quamvis præterintentionem mors sequatur aggressoris, ita quoque licetum erit uti aliqua causa, necessitate gravi premente, que sanitatem simul, & pollutionem pariat; dummodo sola sanitas intendatur. Si potest mater fumere medicinam que sanitatem libri pariat, & setum expellat, si solam sanitatem intendat, nullo autem modo fetus expulsiorem. In bello iusto licet explodere tormentum bellicum, etsi prævideatur, innocentes æque ac reos fore occidendos. Ratio horum omnium est: quia qui utitur causa indifferente ad bonum & malum inducendum cum sola intentione assequendi effectum bonum, nec directe, nec indirecte vult effectum malum. Non directe: quia tunc pollutionem qui directe vult, quando vel expresse eam intendit, vel causam applicat, tamquam medium expresse ordinatum ad pollutionem inducendam. Ergo nullo modo tunc pollutio intenditur. Ergo nulla debet eiusdem directæ, & expressæ voluntas. Neque adest voluntas indirecta: quia tunc qui indirecte vult aliquem effectum, quando tenetur, & potest vitare effectum, & non vult vitare. At in casuposito voluntas,

T 3 tas,

tas, necessitate preffa recuperanda sanitatis, non tenetur omittere causam qua natura sua parere sanitatem apta est. Necessitas enim recuperanda salutis urget ad adhibendam medicinam: que si simul effectum pravum inducat, id efficiet quod nullo modo intendebatur a voluntate.

XXVII. Qui vero sine urgenti causa applicat media que graviter provocant pollutionem, ut iunt aliena pudenda tangere, lectiones obscenae, cogitationes lascivae, & dururn, licet pollutionem minime intendat, peccat mortaliter. Qui enim vult antecedens, consequens quoque vult oportet. Quicumque autem sine necessitate ponit antecedens, illud deliberat vult: ergo vult etiam consequens inde dimanans. Heine qui vino, ex quo ebrietas sequitur, se te replet, repleti vult ebrietatem, tamen eam expresse non intendat.

XXVIII. Quaest. X. Tenetur ne sub mortali culpa Christiani vitare causas medias, five leves, que per se, quovis leviter, provocant pollutionem? Resp. Inter causas medias computari solent aspectus animalium, coenitium, imaginum leviter obscenarum, mulierum a longe natarum. Eiusmodi causae natura sua levissime insinuant in pollutionem. Quare, si quis ex praedictorum aspectu nullam tentationis, aut pollutionis periculum patitur, a culpa gravis immunis est. Si tamen imagines essent valde obscenae, & ex sui conditione graviter provocarent ad libidinem; dururn earum aspectus raro vacaret gravi culpa ob periculum cui spectator se se exponeret. Qui tamen eas aut depingunt, aut publice expositas tenent, letaliter certe peccant: quia causas per se indocentes peccata, & scandala gravia, Christianorum fragilitati obiciunt.

XXIX. Ad propositam igitur questionem communis sententia respondet, non peccare mortaliter eum qui applicat causas medias, vel leviter natura sua ad pollutionem irritantes. Quoniam huiusmodi causae remotae sunt, ac vitari vix possunt. Advertendum tamen id quod alias innuimus, nimirum spectandam esse in hac materia personarum qualitatem, inclinationem, & consuetudinem. Nam causae quae respectu unius est levis, respectu alterius est gravis. Quapropter quisque consulere debet propriam conscientiam, & prout exigit propriam fragilitatem, & prout exigit incumbente vitare tenetur causas quae, licet in se leves sint, sibi tamen sunt graves, respectu habito ad propriam infirmitatem.

XXX. Probabilitate non pauci doctrinam

periculi plenam, & laxam defendunt. P. Patrius Sporer tract. 1. proom. cap. 5. num. 19. haec scribit. » Veniale vero solum cum » panu continent aspectus, tactus, oscula, » amplexus levitatis, vel carissimatis tantum » gratia obiter facti, aut etiam causa volu- » ptatis sensibilis captanda, quando nimirum » rum quis in aspectu femine, tactu manus, » osculo faciei directe quaerit delectationem » sensibilem, consurgentem ex naturali pro- » portione potentiae visiva, vel tactiva ad » obiectum conveniens, delectabile, abique » ulteriori voluntaria tendentia, in delectatio- » nem veneram, est praeter intentionem sub- » sequatur. Quia nimirum eiusmodi delecta- » tio sensibilis captata per se non mala, & » veniale abulum rei per se non male, & » per accidens, ac remota tantum disponit » ad voluptatem carnalem; ideoque spectare » debet ad parvitatem materiae in hoc gene- » re peccati, & veniale culpam non excede- » re. Sane difficillimum foret Confessario » statim damnare peccati mortalis juvenes, » & procos passim aliquibus tactibus, oscu- » lis, amplexibus utentes erga puellas hong- » ste amatas, est aliquam voluptatem sensibi- » lem capere, dummodo abite periculum » consensus in venera. Et longe difficilium » foret talibus, si similibus abstinere nollet, » denegare abolutionem. Ex dictis sequitur » probabilis resolutio casuum communiter con- » tingentium. I. Oscula inter omnino solu- » tos obiter facta venialia sunt, est sensibi- » lis aliqua voluptas capetur, scilicet delecta- » tione, & consensu turpi.

XXXI. P. Claudius La-Croix lib. III. P. I. cap. 111. num. 93. refert doctrinam hanc doceri non solum a P. Sporer, sed etiam a Valquez, Henriquez, Bonacina, Feliciano, Salas, Marchantio, Lessio, Diana, Gobart; qui dicunt (ait La-Croix) pollutionem tum secutam, esse tantum veniale: quia, cum sit tantum voluta in causa, intantum est mala, inquantum causa est mala, que sola est voluntaria. Causa autem est tantum venialiter mala: ergo etiam pollutio secuta. Refert simul P. La-Croix contrariam sententiam P. Mendo, qui docet, peccare mortaliter eum qui applicat prelatas causas, & de more electionem alterutris sententiae arbitrio lectoris relinquit. Quam pyrrhonicam methodum passim adhibet celeberris hic Probabilista.

XXXII. Quantum periculi, & laxitatis haec doctrina continet, nemo non videt. Et primum circa voluptatem illam sensibilem voluntarie captatam ex oculis infixa a proco

lure

sive amatae puella, qua ratione utuntur Casuistae, ut eam a delectatione venerae sepossint, & eam a propositione ad damnandum. Quae ratione a propositione hanc sententiam ab Alexandro VII. iudicant arbitrio intentionis. In re adeo lubrica pro arbitrio intentionis isti voluptatem sensibilem a Casuistis haec fecerunt. Quae, quodlibet, libra a Casuistis haec duo ponderantur. Vel ipsi qui has experiunt voluptates, distinguere certo nesciunt a venerae sensibilem. Ratio quam promittit P. La-Croix, aequivoca est. Quoniam licet causa absolute spectata, comparate tamen ad personam que pollutionem patitur, gravis est. Tam P. Sporer, quam La-Croix fuisset rationibus se se conserunt. Siquidem, quando procos ex oculo amatae igitur percipit sensibilem voluptatem, amatque pollutionem patitur, illa sensibilis voluptas venerae evadit, suaeque natura pollutionem parit. Haec separatio sensibilis voluptatis a venerae delectatione, quam communiuntur Auctores isti, in praxi commentitia est, ac puram putumque luxuriae operimentum, & larva. Quod addit P. Sporer, difficile Confessariis fore peccati gravis damnare juvenes osculantes suas amantulas, difficilium videtur abolutionem suspendere, si abstinere nolint ab eiusmodi osculis, & tactibus, est illud consuetum pericolum principium quod passim Probabilistae non pauci utuntur. Ob difficultatem nempe abstinendi a peccatis negant peccata esse peccata. Heine oriuntur innumerae inter juvenes procos, & amplexus obscenae contractationes, pollutiones, & amplexus obscenae contractationes, & lasciviae flagitia. Haec primordia ponunt sub furo, & lascivio tactu osculi, honesti tactus, ut loam degulgent sensibilem voluptatem. Haec cum gravis culpe damnari non audiunt amatorum, & amantularum a suis Confessariis; sensibilis te te osculantur, & complicitur: atque adeo, sub furo sensibilis voluptatis, veneri, pollutionibus & obscenis delectationibus laxant habenas. Haec omnia fieri praeter intentionem evenire testantur, & que tantum velle teneram illam, inavem, sensibilemque voluptatem quam ex tactu oculis, & honestis amplexibus p. r. utuntur. Quare doctrina haec omnino rescindenda est, ut laxa, & in praxi obicentatum, ac flagitiorum securigo. Unde eiusmodi juvenes, & invenulae aut ablineant ab his osculis, tactibus, & amplexibus, aut a sacramentis arceantur.

XXXIII. Quaest. II. Peccat ne mortaliter qui non evitat causas per accidens parientes pollutionem? Resp. Causae per accidens alie

sunt licitae, ut equitatio, confessio auditio, lectio librorum ad finem comparandae scientiae, & id genus similes. Alie iunt illicitae, & mortales noxiae, ut ebrietas, comestura graviter intemperans, alieque. Quando adeit iusta ratio applicandi causas licitas per accidens inducentes pollutionem, nullam culpam perpetrat qui eas applicat, dummodo abite periculum consensus. Quique enim ius habet studendi medicinae, equitatio, & cetera honesta peragendi. Ergo, etiam si haec sequatur pollutio praeter intentionem, & abique consensus periculo, nulla culpa est. Si vero periculum consensus esset in pollutionem, tum peccaret mortaliter quae tales actiones exerceret. Quid, si nulla foret necessitas, aut utilitas prelatas causas adhibendi, ex quibus praevideretur securura pollutio, abique periculo consensus in eandem? Tum sub venialia tantum illa vitanda esse, docent Salmanticenses tract. xxvii. cap. vii. punct. 3. & 2. num. 57. Sanchez, & alii committunt. In his tamen supponitur bona fides, videlicet si quis talis postura in lecto accubet, cubet, equitat &c. ut nullo modo intendat pollutionem; sed haec aut commoditatis & utilitatis causa pergit (quo in casu nulla est culpa) aut quia iure suo ita velit, licet deit iusta causa. Verum advertas oportet, difficillimum esse bona procedere fide eum qui, nulla omnino occurrente iustificatione aut commoditatis, aut necessitatis, similes causas adhibet, pollutionem praevidens securam. Quare licet eos examinandi isti sunt. Vix enim credibile est ut non appetere pollutionem, quam praevident securam ex equitatione, postura cubandi, calidorum comestura; si nullus omnino occurrat titulus aut necessitatis, aut utilitatis. Tali corporis postura quis cubat in lecto, quia id sibi commodius est, meliusque iacet, & facilis somnum capit: hunc culpe non damnant. Desinat haec omnia; & nihilominus vult hoc modo iacere, tamen praevideat futuram pollutionem: vix ego hunc a gravi culpa liberarem, ob vehementissimam insipientiam quod reat pollutionem appetat; quamquam mentitur iniquitas sibi, dum asserit se pollutionem non appetere.

XXXIV. Si causa per accidens mortalis sit, ex qua praevideatur futura pollutio; non esse obligationem illam sub mortali vitandi (quantum ad luxuriam attinet) docent Probabilistae plures. P. Viva in prolog. ad Alexander. VII. num. 16. ubi sequentia scribit. Distinguenda tamen sunt actus male, leviter

ter influxive ad commotionem spirituum, & pollutionem, ab actionibus graviori infirmitate. Nam si leviter sunt influxive, et nonnulli aspectus mulierum, nonnulli tactus, nonnulla comedia, & lectio libri obscenorum, nonnulla verba amatoria, &c. dicendo. Cor meum, & anima mea, ob solam vanitatem, & ad conciliandum vanam amorem, communitur docent cum Valquez, Salas, Lessi, Bonac. apud Dianam, & Tamburinum, quod non excedat culpam venialem: QUAMVIS IN EIS PRÆVIDEATUR ETIAM POLLUTIO SECUTURA, dummodo absit periculum consensus, aut grave scandalum. Immo communitur etiam docent cum Diana, quod non solum actiones leviter influxive in pollutionem, atque adeo in genere luxuriae leves, careant culpa mortali, si prævideatur pollutio, & non intendatur, nec adsit periculum consensus, sed etiam actiones moraliter male, sed non in genere luxuriae, ut sunt crapula, nimis potus, non contrahant malitiam gravem spectantem ad luxuriam, si prævideatur ex eis pollutio secutiva citra periculum consensus. P. Viva fere semper in rebus controversis legitime fatetur Theologos apud Dianam, apud Tamburinum. Laudanda confessio est. At simul considerandum, quanta adhibenda fides sit cuiusmodi citationibus, & quanti facienda sit auctoritas Tamburini, & Dianæ.

XXXV. Paucioribus verbis hanc eandem doctrinam tradit P. Antonius Ekcobarius in *Sem. tract. 1. exam. 8. cap. 111. num. 80.* his verbis. Scio ex verbis amatoris secuturam pollutionem, vel ex curioso semina aspectu, vel ex nimia confessione, aut ebrietate. Nisi fit mortale? Docet Valquez non esse, nisi pro modo enim verba amatoria, *Conculion meum, anima mea, lectio libri obscenorum, &c.* leviter, & non graviter venem provocant, quoties pollutionem intendunt?

XXXVI. Nec minus laxa sunt quæ docent de pollutione prævisâ in ebrietate. Contendunt siquidem, non peccare contra castitatem eum qui non abstinet ab ebrietate, in qua prævidetur futuram pollutionem. Quoniam, inquit, hæc est causa per accidens, vel extra genus luxuriae. Hoc utique verum habet, At in genere mortis, quando quis prævideat talem ebrietatem reapse pollutionem parere, qui vult talem ebrietatem, vellem quoque censetur pollutionem illam consequentem. Quod fit causa per accidens, id tantum efficit ut pollutio non prævisâ imputari non debeat: eo quod causa illa natura sua talem

effectum non pariat. At quando compertum tibi est, ex hac ebrietate voluntarie disceptat consequi pollutionem; hæc pollutio voluntaria est in causa, atque adeo vitio tibi vertenda.

XXXVII. Laxiora videntur quæ docent Salmanticenses: *tract. xxvi. cap. vii. pontif. 3. §. 2. num. 54.* ex Thoma Sanchez j & Joanne Dicaltillo, id etiam esse verum, nisi causa per accidens, v. g. nimia confessio, aut ebrietas, fuerit mortalis in genere luxuriae, ratione finis ab operante intenti: ut si quis calidam comedit, aut bibit in magna superabundanti quantitate, ut fiat potentior ad fornicationem. Et ratio est, quia finis ille copule non cooperatur ad pollutionem. Et insuper desiderium copule, si non adsit in illius cogitatione, non insit in pollutionem. Et insuper Theologi primum docent, neminem teneri sub gravi culpa evitare ebrietatem, in qua prævideat pollutionem futuram: quæ doctrina aperte opponitur D. Thomæ, qui 2. 2. q. cliv. art. 5. docet, pollutionem ortam ex nimio potu esse peccatum: cuius textum infra num. 41. & 199. dabo. Deinde addunt, non esse reum pollutionis, etiam si causa per accidens, puta ebrietas, mortalis sit, sed non in genere luxuriae. Paucis rem habeto. Voluntarie quis se inebriat, ut potentior sit ad fornicandum. Ex hac ebrietate prævidet secuturam pollutionem. Pollutio reapse sequitur. Iustus pollutionis reus non est voluntarius inebriator. Cur hoc? Quia, inquit, finis ille copule non cooperatur ad pollutionem. Sed quomodo non cooperatur ad pollutionem, si ebrietate, & illius copule desiderio pollutio sequitur; & quod plus est, prævisâ sunt secuturæ? Quod addunt, ebrietatem leviter insingere in pollutionem, ad summum id verum habet absolute. Ceterum, cum experientia prævideatur ex tali ebrietate pollutionem consequi, nequit dici leviter illam provocare ad pollutionem, sed illius efficacitas factò probatur. Quare, ut manifeste laxam, talem reicimus opinionem.

XXXVIII. Non minus laxa sunt quæ scribit Carmel in sua Theologia præterintentionali Tom. IV. precept. 6. quest. VIII. casu 2. num. 2074. & 2075. Postquam vultuta conscientia meretricis, aut pollicis mense ministrare cibos, non solum communes, sed & calidos, & provocantes ad venem condere, & lectum privatum sternere. Confessio, non solum cibos communes dixi: quia scio esse maiorem difficultatem, si essent tales qui excitarent venem. Tunc enim iuxta aliquos Theolo-

gos deberent famuli a tali seroitio desistere, et venem illicitam cooperarentur indirecte. At prædicatores credimus, etiam tales cibos posse sint culpa condiri. Tales cibi possunt sine culpa comedi etiam a prævidente polluto, nem futuram, modo consensus non præbere prævisâ sit. Ergo poterat cibi comiti, & ministrari. Hæc exposuisse satis sit. Sæa enim tradunt alii Probabilite, & ab eadem non valde recedunt Salmanticenses *loc. cit. n. 55.* valde recedunt Salmanticenses concludamus. Quando causa ex qua oritur pollutio, prævisâ, mortalis erit, pollutio quoque letalis reputanda erit, quidquid in oppositum dicant Salmanticenses *loc. cit.* cum aliis. Neque vera est alia regula, quam ex P. La-Croix, & Sporer, Valquez, Diana, & aliis supra indicavi, nempe pollutioem non esse mortalem, quando oritur ex causa venialiter tantum vitiosa. Nam fere causa quæ natura sua aut licita, aut leviter vitiosa est, gravis evadit ob pollutionem quam parit. Tactus inter coniuges liciti fuerit. Si pollutionem pariant, illiciti evadunt; & pollutio gravi culpa vertitur.

XL. Doctrina quam recentiores plures tradunt, ut Salmanticenses *loc. cit. n. 60.* nimirum malitiam causæ proprie non augeri ex malitia effectus, frequenter falsa est. Verum habet, absolute, & circumstantiis præcis, malitiam causæ esse menturam prævitatis effectus. Ceterum, si consideretur circumstantiæ, perone infirmitas, & propositio, alitue accidentia, hæc causa quæ inapte, natura venialis est, ob effectum mortalem quem parit, letalis evadit, ut supra dictum est. Quare expediens minime censeo, longior orationem trahere, ut nonnullas alias distinctiones, & subtilia inventa resellam, quibus laudati Salmanticenses conantur evincere, pollutionem prævisâ in ebrietate, alitue causis per accidens letalibus, non esse gravis culpæ damnandam.

XLI. Quest. VII. Pollutio nocturna esse peccatum? Resp. Negat communis, & vera sententia: cuius rationem exhibet D. Thomas 2. 2. quest. cliv. art. 5. sic inquit. Omne peccatum dependet ex iudicio rationis: quia etiam primus motus sensualitatis non habet quod fit peccatum, nisi in quantum iudicio rationis: reprimi potest. Et ideo, sublato iudicio rationis, tollitur ratio peccati. In dormiendo autem ratio non habet liberum iudicium. Nullus enim est dormiens, qui non intendat aliis: similitudinibus phantasmatum vel rebus ipsis. Et ideo id quod agit homo

dormiens, qui non habet liberum iudicium rationis, non imputatur ei ad culpam, sicut nec illud quod agit surculos, aut avens. Oppositum sibi Angelicus, quod dormiens potest mereri, ut Salomon, qui dormiens a Domino domum sapientie impetravit, ut habetur III. Reg. III. Prætere dormiens ratiocinatur, & argumenta resolvit. Quibus respondet, negandum Salomonem meruisse in somno sapientiam; sed dormientem obtinisse quod vigilans meruit, seu in somno datum illi fuisse quod valde præcedens, scilicet petitionem sapientie Deo placuisse, & a Deo exauditam fuisse, ut dicit Augustinus *Lib. XII. super Genesim cap. xv.* relictus a D. Thoma ad 1. Ratiocinatio in somnis facta semper sunt imperfecta; cum tempus in somnis plus multum iudicium rationis impediatur: atque adeo tunc deest liberum arbitrium sufficiens ad peccandum. Legatur ipse D. Thom.

XLII. Quest. XIII. Pollutio nocturna esse peccatum? in causa prævideatur? Resp. Triplicem pollutionis causam assignat D. Th. *loc. cit.* his verbis, quibus rem omnem in bono lumine collocat. Præsertim considerari nocturna pollutio per comparationem ad suam causam: quæ potest esse triplex. Una quidem corporalis: cum enim humor seminalis superabundat in corpore, vel cum facta est humoris restitio vel per nimiam calefactionem corporis, vel per quancunque aliam commotionem, somniat dormiens ea quæ pertinet ad expulsiorem huiusmodi humoris abundantiam, vel resoluti; sicut etiam contingit, quando natura gravatur ex aliqua alia superfluitate, ita quod formatur peritientia ad remissionem talium superfluitatum. Si igitur superabundantia talis humoris sit ex causa culpabili (puta, cum caliditate est ex superfluitate cibi, vel potus) tunc nocturna pollutio habet rationem culpæ ex sua causa. Alia vero causa nocturna pollutionis potest esse animalis, & interior; puta, cum ex cogitatione præcedenti contingit aliquem peccatum pollutio. Cogitatio autem que in vigilia præcessit, quandoque est pure speculativa; puta, cum aliquis causâ disputationis cogitat de peccatis carnalibus: quandoque autem est cum aliqua affectione vel concupiscentia, vel horrore. Contingit autem magis pollutio nocturna ex cogitatione carnalium rationum, quæ sunt cum concupiscentia talium delictationum, quæ sunt cum remanet quoddam vestigium, & inclinatio in animo, ita quod dormiens facilius induitur in sua imaginatione ad assentiendum actibus ex quibus sequitur pollutio.

lutio; Et secundum hoc Philof. dicit I. Echie. quod inquantum pertransiunt paulatim quidam motus a vigilantibus ad dormientes, meliora sunt phantasmata studiosorum quam quomolibet. Et Aug. dicit XII. super Gen. ad lit. quod propter beatam animi affectionem quidam eius motus etiam in somnis clarent. Et sic patet quod nocturna pollutio habet rationem culpe ex parte sue cause. Quandoque tamen contingit ex precedentibus cogitatione carnalium actuum, etiam speculativa, vel si fit cum horrore, sequitur in somnis pollutio: & tunc non habet rationem culpe nec in sua causa. Tertia vero causa est spiritualis extrinseca; puta, cum ex operatione demonis commoventur phantasmata dormientis in ordinatione ad talem effectum. Et hoc quidem quandoque est cum peccato precedenti, scilicet negligentia preparandi se contra demonis illusiones: unde & in sero cautatur. Hollesque nostrum comprime, ne pollutantur corpora, quandoque vero est absque omni culpa hominis ex sola nequitia demonis; sicut in collationibus Patrum legitur de quodam, qui semper in diebus suis pollutionem nocturnam patiebatur, hoc diabolo procurante, ut impelleretur a sacra communiōe. Sic igitur patet quod nocturna pollutio nunquam est peccatum, sed quandoque est sequela peccati precedentis.

XLIII. Prima itaque naturalis causa nocturna pollutionis est redundans humor spermaticus, vel nimia corporis calefactio. Secunda est cogitatio venerorum: que aut speculativa est, cum disputatiois, vel notitie comparandi causa quis venera meditatur: aut carnalis, cum quis cordis affectu venera mente revolvit. Postrema est imago, & spiritualis, quando nempe demonis arte phantasmata commoventur dormientis ad temerem emittendum.

XLIV. Ex hac D. Thomae doctrina primum omnium colligere iubet quanta facta sit, & D. Thomae contraria, doctrina adversariorum, qui afferunt, pollutionem culpa vacare, dum applicatur voluntaria causa per accidens pollutionem inducens: ut est nimius cibus, aut ebrietas. Porro hic D. Thomas conceptis verbis affirmat, pollutionem nocturnam ex ebrietate, aut nimio cibo in dactam, vitiosam esse. Si igitur superabundantia talis humoris sit ex causa culpabili, puta, cum causata est ex superfluitate cibi, vel potus; tunc nocturna pollutio habet rationem culpe ex sua causa. Nimius cibus, aut ebrietas sunt cause per accidens pollutionis; & tamen Angelicus peccatum asserit pollutionem hinc dimanantem. Neque reponas cum Salmanticenibus loc. citat. numer. 71. laudatam doctrinam intelligendam esse de culpa veniali. Nam, ut ex universo artificio contextu patet, sermonem istum habet S. Thomas de pollutione que in sua causa est peccatum mortale, si causa fuerit letalis. Arguit enim absolute ex malitia cause malitiam effectus. Quando enim in causa mortali praevidetur effectus, tum illa causa, licet absolute per accidens sit respectu luxuriae, tamen respectu talis in causa luxuriam parit. Quamobrem qui eam vult, velit & effectum necesse est, ut alias dixi. Verum utique habet quod, si haec ad summum erit culpa pollutionis, inde, tamquam vel potus fuerit venialis, venialis est summum erit culpa pollutionis, inde, tamquam ex causa, loquens. Ad summum dicitur quia, cum cibus necessario sumendus fit, & in praxi difficile sit ita adamusimul regulas temperantiae servare, ut aliquis defectus non contingat: idcirco durum esset nimis, si ex culpa veniali huius generis inferre quis contenderet letalem esse pollutionem inde proficiscentem. Abiit hoc a iustissima Christi doctrina. Neque hinc tamen inferas, idem prolix dicendum de aliis omnibus causis prolix liberis, minimeque necessariis. Curiosus aspectus mulieris culpa est venialis. Ex curio, & familiari aspectu, vel etiam otioso colloquio cum muliere experiris pollutiones. Nulla propterea causa adit talem sive spectandi, sive aliquem mulierem. Quod si nihilolevis eam aliquot, & videre vult pollutiones vertere: quia causa illa que absolute est levis, evadit tibi gravis respectu te, & comparate ad naturam tuam conditionem. Accedit quod, ne supra dictum est, qui eiusmodi causas nec utiles, nec necessarias non evitat, animi sui propensionem in pollutionem manifestat. Verum, ut ad nostra regrediar oratio, excessus cibi, aut potus venialis, nunquam, nisi aliae circumstantiae accedant, efficiet ut pollutio fiat mortalis in causa. Cum enim vix homo deprehendere hunc cibum, aut potus excessum veniale queat; praevidere quoque nequit nec ex illo pollutio futura sit. Et, ut paucis rem comprehendam, & iterum omnes, ac perplexitates abiecerim, status perone bene morata, aut depravata regula erit letior, unde emere valeas quando nec ne pollutio dicenda letalis sit.

XLV. Convenit penes omnes, peccare mortaliter cum qui aliquam ex recentis causis

tionem hinc dimanantem. Neque reponas cum Salmanticenibus loc. citat. numer. 71. laudatam doctrinam intelligendam esse de culpa veniali. Nam, ut ex universo artificio contextu patet, sermonem istum habet S. Thomas de pollutione que in sua causa est peccatum mortale, si causa fuerit letalis. Arguit enim absolute ex malitia cause malitiam effectus. Quando enim in causa mortali praevidetur effectus, tum illa causa, licet absolute per accidens sit respectu luxuriae, tamen respectu talis in causa luxuriam parit. Quamobrem qui eam vult, velit & effectum necesse est, ut alias dixi. Verum utique habet quod, si haec ad summum erit culpa pollutionis, inde, tamquam vel potus fuerit venialis, venialis est summum erit culpa pollutionis, inde, tamquam ex causa, loquens. Ad summum dicitur quia, cum cibus necessario sumendus fit, & in praxi difficile sit ita adamusimul regulas temperantiae servare, ut aliquis defectus non contingat: idcirco durum esset nimis, si ex culpa veniali huius generis inferre quis contenderet letalem esse pollutionem inde proficiscentem. Abiit hoc a iustissima Christi doctrina. Neque hinc tamen inferas, idem prolix dicendum de aliis omnibus causis prolix liberis, minimeque necessariis. Curiosus aspectus mulieris culpa est venialis. Ex curio, & familiari aspectu, vel etiam otioso colloquio cum muliere experiris pollutiones. Nulla propterea causa adit talem sive spectandi, sive aliquem mulierem. Quod si nihilolevis eam aliquot, & videre vult pollutiones vertere: quia causa illa que absolute est levis, evadit tibi gravis respectu te, & comparate ad naturam tuam conditionem. Accedit quod, ne supra dictum est, qui eiusmodi causas nec utiles, nec necessarias non evitat, animi sui propensionem in pollutionem manifestat. Verum, ut ad nostra regrediar oratio, excessus cibi, aut potus venialis, nunquam, nisi aliae circumstantiae accedant, efficiet ut pollutio fiat mortalis in causa. Cum enim vix homo deprehendere hunc cibum, aut potus excessum veniale queat; praevidere quoque nequit nec ex illo pollutio futura sit. Et, ut paucis rem comprehendam, & iterum omnes, ac perplexitates abiecerim, status perone bene morata, aut depravata regula erit letior, unde emere valeas quando nec ne pollutio dicenda letalis sit.

XLV. Convenit penes omnes, peccare mortaliter cum qui aliquam ex recentis causis

lis applicat eo animo ut inde pollutio sequatur. Qui enim deliberato animo vult causam peccati, vult & ipsum peccatum; quamdam recipit illam causam, quatenus causa peccati. De eo autem qui applicat causam, & licet non eo animo causam ponat, pollutio sequatur, tamen causa mortalis est, satis dixi supra.

XLVI. Pollutio quandoque oritur ex secunda causa, nempe ex cogitatione. Si haec fuerit speculativa, causa disputandi, legendi, addidit, verbo, ex ista causa, pollutio contingens omni culpa vacat. Similiter, dum animus tentationibus polluitur, eas tamen repellit, & deinde recogitat pericula, circumstantias, aliaque accidentia; vi quorum labi in luxuriam facillime poterat oblitiscas femine prociacis, omnia tamen cum diligenctia; dum se commoveri experitur, reiticit, & detelatur, vi haec pollutio sequatur, culpa caret. Mens tamen, quoad fieri potest, etiam ad eiusmodi periculis confidentiationibus abstrahenda est. Quando vero ex lectione, disputatione, cogitatione, iuncta voluntaria delectationi carnalis pollutio oritur, tunc peccatum est, ut omnes cum S. Thoma, ceterisque Patribus docent.

XLVII. Pollutio demonis arte contingens, cum videlicet demon nequitia sua phantasmata dormientis commoverit, concubitus depingit, humores alterat &c. per te innoxia est. Si quis vero frequenter has patiarum illusiones, & negligens sit in remediis applicatione, nempe in divino impiorum subsidio, in eternorum suppliciorum meditatione, Angelique Custodis opotescenda. Devoto, acque demisso animo repetenda frequenter est oratio illa ab Ecclesia in hunc instituta finem, ut inquit Angelicus: Praecl recedant somnia, & nocturnum phantasmata; hystemque nostrum comprime, ne pollutantur corpora.

XLVIII. Quae. XIV. Peccat ne qui pollutionem in somno inceptam, & in vigilia perdurantem non abrupit? Resp. De pollutione contaminata in somno nulla est difficultas. Quando autem pollutio, seu fluxus feminis in somno incipit, & experfecto dormiente prosequitur, dubitandi locus occurrit, evadat ne peccatum, nisi talem pollutionem homo abrupit, impediaturque. Negat communis, & vera sententia. Ratio est evidens. Totam malitiam pollutionis est in illius illicita procuracione. Quando igitur causam

eam inducens omnino est innocens, innoxia quocumque pollutio fit oportet. Fluxus spermatis itaque natura omni culpa caret, si principium illius innoxium fuerit, ut copula maritalis, aut alia physica causa, ut commotio senium, & phantasmata in somno. Nullo ergo modo peccat qui pollutionem in somno inceptam non interruptit in vigilia, sed illas consui naturalem permittit; dummodo omnino ablit complacentia. Hanc doctrinam tradit Angelicus Doctor in IV. Sent. dist. ix. q. i. art. 4. ad 5. Dicendum, quod corporales motus non pertinent ad meritum, vel demeritum, nisi secundum quod a voluntate, quasi a principio, causantur. Et ideo nocturna pollutio magis indicetur quantum ad rationem meriti, vel demeriti, secundum principium, quod est in dormiendo, quam secundum terminum, qui est in vigilando; quia ex quo in dormiendo excitatus est motus carnis, non subiacet voluntati vigilantis ulterius motus ille; nec reputatur cogitabile, quousque perfectum usum liberi arbitrii recuperavit. Potest tamen contingere quod in ipsa exortatione peccatum orietur, si quidem pollutio propter delectationem placens, quod quidem erit veniale peccatum, si sit ex inspectione talis placens; mortale autem, si sit cum deliberato consensu, & praecipue cum appetitu futuri. Ista autem placentia non facit praeteritum pollutionem peccatum, quia ipsius causa non est, sed ipsa in se peccatum est. Si autem placet, ut naturae exponatur, vel alleviatur, peccatum non creditur.

XLIX. Ex hac D. Thomae doctrina colligere, non peccare, ut diximus, eum qui a somno excitatus fluxum pollutionis in somno inchoate non interruptit; sed permittit illius cursum, detelans omnem delectationem carnalem. Accedit demisso violenta illa cohibitio, quae naturae impetum interrumpens, corporis lassitati noxia foret. Semen quippe illud vi retentum illico corruptum, & iustar veneni notium a medicis reputatur. Quando vero commotio carnis & genitalium in somno incipit, & emissio feminis in vigilia accidit, si vigilia fuerit temperata, & ad forte delectatio carnalis, erit veniale peccatum. Quando enim non est plene experfectus homo, non habet iudicium omnino deliberatum; & ideo non potest letaliter peccare. Si vero homo fit omnino experfectus, & perfecte vigilans, atque incipiat fluxus spermatis, vi commotionis carnis concitatus in somno; nec tum sub mortali

tali teneri hominem vim inferre naturæ, & illius cursum ex naturali ac innocuo principio proficentem interrumpere, docent Salmanticenses *tract. xxvi. cap. vii. punct. 2. numer. 31. & punct. 3. numer. 74.* & præ hanc sententiam laudant Navarrum, Sa, & Gracium, Azorium, Cordubam, Trullenchum, Fagundez: quoniam principium istius pollutionis innoxium est, & cuiusque culpe veterum: est quippe spiritum animalium alteratione, & concupiscentiæ carnalis ardor in somnis accensus. Hæc omnia abique culpa contingunt. Ergo effectus istius commotionis, nempe effusio seminis culpa carebit, si homo vigilans negative se habeat. Deum attente oret, a voluntaria delectatione animi suum præservet, atque oppositos eliciat, atque in Deum mentem erigat. Improbare non audeo hanc sententiam, maxime quod doctrinæ D. Thomæ supra relatæ conformis non obture appareat. Periculum tamen in praxi plena est. Nam, si effusio seminis ante vigiliam non fuerit incepta, impediendi facile potest. Si autem semen e iuribus decium fuerit, & cursum suum intra vasa interna iam inchoaverit, licet foras ab usu non eruperit; emissio seminis pro incepta habenda est; & sic videtur licita permissio continuationis. Quare, si emissio seminis inchoata non fuisset, cohibendam suaderem; si autem fuisset incepta, non damnare permissionem continuationis. Quod ob stare videtur interruptioni istius pollutionis est sanitatis detrimentum, quod semen decium, & vi retentum, sua corruptione infertur restantur medicis. Sed medicorum iudicium experientia plurimè abique sanitaris detrimentum vim sibi fecerunt, & pollutionem cohibuerunt, non tantæ auctoritatis esse vincunt, ut decretorium sit in causa ista. Verum quia non omnes sunt eiusdem roboris, & fortitudinis, ideo regula generalis præscribi non potest. Sanitas corporis magni momenti res est. Quæ huic obitare videtur, hominibus imponenda sub culpa gravi non sunt, nisi evidens ratio id iudicet. Quare summa cautioe opus est in hac lubrica, & viscosa materia. Conscientiæ puritas, morumque integritas illorum qui talia patiuntur, regula erit interpretandi dabilia in meliorem partem.

L. Quæst. XV. Licetum ne est desiderare in vigilia, ut in somno pollutio accidat abique culpa ob finem honestum, nempe sanitatis, & concupiscentiæ extinguenda? Resp. Admirantur plures recentiores. Salmanticenses *tract. xx.*

*cap. vii. punct. 5. num. 52. & tract. xxvi. cap. vii. punct. 3. & penes eodem Navarrum, Sa, Vasquez, Seyerus, Sylvestre, Lessius, Salas, Tabient, Villalobos, Bonacina, Ubanoas Sanchez, Cæcilius, Filiolus, Salmanticenses Scholasticæ, Cajropalpus, Adontepinos.* Ratio, quam produunt, hæc est. Pollutio in somno contingens, a causa mere naturali, & innocua proficitur; atque adeo non est intrinsecus mala. Ergo delictum valet. Probatur antecedens. Pollutio sic contingens omnium libertate destituta est. Ergo omni malitia caret. Quod autem malitiam expers est, desiderari iure potest. Ideo enim fornicatio, & homicidium sunt intrinsecus mala, quia deliberate hæc sunt: si enim abique omni libertate quis hominem nolens, aut ignorans occideret, non peccaret. Cum ergo pollutio in somnis reipia abique deliberatione accidat, immunitur est ab omni culpa, ut fatentur omnes. Ergo desiderari potest, tanquam res indifferentens, maxime ob finem honestum sanitatis conservandæ.

LI. Addunt citati Auctores, & possimum Salmanticenses Scholasticæ T. VI. *tract. xliii. dub. 3. num. 29.* licetrum esse desiderium inefficax etiam pollutionis, licet in vigilia contingat ex mera causa naturali. Immo, quod plus est, contendunt, quicquid esse de eadem pollutione ut presentis delicti, & in eandem consentire, dammodo consensus sit inefficax, nihilque conferat in executionem. Animadvertunt tamen, quod quamvis hæc doctrina speculative vera sit, præctice nihilominus periculi plena est. Verum, non præctice tantum, sed absolute hæc doctrina laxa videtur. Distinctio hæc præctice & speculative delectationis in genere morum, quando circumstantia aliqua in praxi non occurrat, uti non occurrat in presenti caso, futius est, & commentaria. Delectatio de pollutione presentis reapte inleparabilis est ab influxu in executionem; atque adeo delectatio non est omnino inefficax, sed aliquo modo efficax. Et de hac loqui videtur Salmanticenses Scholasticæ, ut fatentur & ipsi Salmanticenses Morales *tract. xi. cap. xliii. punct. 5. num. 54.* Præfatam itaque doctrinam, tanquam fallam, & laxam, reicimus. Nec valet si gillatim expendere quæ in talis sententiæ confirmationem promunt: seipsi enim corrumpunt. Quoniam, ut communi fertur proverbio, moralia moraliter tractanda sunt; atque adeo, si quæ in praxi vix, ac ne vix quidem abique culpa contingant, absolute illicita pronuntianda sunt, potissimum nisi gravissima urgeat necessitas.

efficitur aliter sentiendi. Nulla autem adeo necessitas, vel adeo potest quæ aliter sentire cogat. Ideo absolute, & speculative, & præctice reicienda ut noxia doctrina.

LII. Convenit penes omnes, illicitum esse delectationem de pollutione nocturna etiam præterita, quæ ortum duxerit ex tactu proprio, vel alieno, aut ex turpi cogitatione, etiam in somno habita: quia tunc pollutio non fuit mera natura evacuatæ, sed generata causæ fructus, atque adeo obiective mala.

LIII. Paucis rem concludo. Gaudere de naturæ levamine secuto ex pollutione naturali in somno habita nullam est peccatum. Gaudium enim est de effectu bono. Idque docere videtur D. Thomas loc. cit. *Si autem placeat ut natura exoneretur, ad alleviationem, peccatum non est.* Nota cantam Angelici Doctoris phrasim: Non dicit, si placeat pollutio absolute; sed si placeat ut, id est reductive tanquam exoneratio naturæ, tum peccatum non creditur. Non ait, peccatum absolute non est, sed non creditur. De desiderio future pollutionis nec verbum habet.

LIV. S. Antoninus II. *Part. tit. vi. cap. v. inquit. Appetere habere pollutionem propter alleviationem naturæ tantum sine peccato, id est sine hoc quod det operam, sed via naturali, non est peccatum.* Hæc S. Archiepiscopi sententia communis est, ut vidimus, penes recentiores Theologos.

LV. Adversæ sententiæ Theologi argumenta opponunt valde gravia. Et in primis arguit a paritate duarum propositionum quæ damnatæ ab Ecclesia sunt. Altera est 13. inter proscriptas ab Innocentio XI. *Et cum de illius moderatione facta, potest aliquis peccato mortali de causa alterius trisitari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci effectus pretere, & desiderare; non quidem ex displicentiæ persona, sed ob aliquod temporale emolumentum.* Altera est 15. *Licetum est filio gaudere de parricidio parentis a se in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas.* Hæc secunda non tantum ingerit difficultatis: quia sermo est de parricidio, quod absolute, & natura ipsa malum est. Licet enim in ebrietate perpetratum non imputetur ad culpam; non propterea definit esse malum, ut dicitur, materiale. At prior sententia ita connexa videtur cum opinione quæ de agimus, ut nullam al signari discrimen posse videatur. Nam si licetum non est desiderio inefficaci appetere mortem naturalem hominis ob emolumentum temporale, quomodo licetum erit appetere pollutionem naturalem vi contingentem, ob sanitatem corporis? Respondent Salmanticenses *tract. xx. cap. xliii. punct. 5. num. 53.* ideo illicitum esse desiderium fornicationis, & homicidii, quia tam fornicatio, quam homicidium sunt intrinsecus obiecta mala; pollutantque fieri libere ab homine, cuiusque voluntati subiecti. Sed pollutio a natura proveniens non est actus hominis, sed pura nature evauctio; ut urina, sudor &c. Hanc responsum tradit etiam P. Sporer *tract. 1. cap. vi. sect. 2. §. 4. num. 24.*

LVI. Verum responsio illa consistere non videtur. Nam propositio 13. damnata de desiderio non homicidii, sed mortis naturalis aperte loquitur. Mors naturæ non solum a natura permittit esse, sed naturam ipsam consequitur. Hæc mors, ex morbo lue infirmitate naturali proficiens, non est actus mortalis, sed effectus physicus. Non peccat ab homine libero: led oritur a causa physica, & naturali. Porro desiderium inefficax istius mortis naturalis, ob emolumentum temporale, illicitum est ex Ecclesiæ testimonio. Ergo eadem ratione illicitum est desiderium inefficax pollutionis. Reponunt alii, mortem esse omnium malorum maximum in genere physicis: ideoque cum caritate puniatur, quod illam alicui homo appetat propter quantumcumque hereditatem temporalem, quæ nunquam bono vitæ, seu malo mortis æquivalat. Pollutio vero naturalis, cum sit pura nature evauctio, nullum malum est, ne physicum quidem: immo est quid superfluum, quod, ut sibi noxium, natura reiecit. Ideo licet illam inefficaci desiderio appetere. Hoc responsum quale quale desiderium assignare videtur; non tamen plene satisfacit. Quæcira utraque responsio impugnatur ab aliis Theologis. Emissio seminis extra copulam contingens iure nature verita est, ut ex sequenti damnata propositione patet. *Mellius iure nature prohibita non est: unde, si Deus cum non interdivisset, sepe esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.* Pollutio ergo intrinsecus mala est, quemadmodum fornicatio, vel homicidium. Ergo licet illicitum est vel fornicationis, vel homicidii appetitus, etiam inefficax, ita vitiosum est inefficax pollutionis desiderium. Addunt præfati Theologi, id pollutionem malam esse, quia semen a natura generationi destinatum, extra vas effundit. Hoc autem intrinsecus malum est, quia directe pervertit naturæ ordinem: Quod huius ordinis perverio in somno eveniat, non tollit quin in se mala sit materialiter, licet id dum-





que nostrum comprime, ne polluantur corpora. Vix gaudii ædum homines robustissimi edere solent, levamen talem eventum consequentibus herantur? Nonne circumstantiæ temporis suspicandi occasionem ingerit, voluptatem non lanitatem, esse talis gaudii materiam? Nature ergo superflua labore, ieiunium, alibi que remediis expelle, & pollutioni venientum penitus detestare.

## CAPUT XIV.

Sodomie notio, eiusque enormitas.

**I.** Estantum sodomie scelus definit D. Thomas. 2. 2. quest. cliv. art. 11. esse concubitum ad debitum sexum, puta masculi ad masculum, vel femine ad feminam. Claustra ad non debitum sexum duntaxat sodomie crimen ab aliis luxurie specibus. Fornicatio enim, adulterium, incestus, rapus, sacrilegium sunt concubitus viri cum femina. Sodomie ergo est, cum masculus accedit ad masculum in vale præpostero, & femina accedit ad feminam in vale five præpostero, five anteriori. Dissert etiam per præfatum clausulam sodomia a bestialitate, quæ est coitus cum alterius speciei supposito.

**II.** Sodomie suam accipit denominationem a Sodomæ civitate incolis, qui potissimum hoc infanti loco herabant, ut colligitur ex cap. XIX. Genes. ubi narratur, Angelos ingressos domum Loth, quæ sitas a civibus Sodomæ fuisse ad hoc flagitium. Vocaveruntque Loth, & dixerunt ei: Ubi sunt viri qui introierant ad te nocte? Educ illos hinc, ut cognoscamus eos. Hac quoque scite inquinata erant finitime civitates Gomorrah, Adama, & univerfa fere terra Chanana.

**III.** Quam sit enormis & monstrofa sodomie iniquitas, inde colligitur quod igne & sulphure etiam in hoc mundo Deus ultus est tantum scelus, ut habetur Gen. XVIII. Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum, & Gomorrahæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam, & videbo utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverim. Supplicium quo infandum flagitium multavit Deus, describitur Gen. XIX. Igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrah sulphur, & ignem a Domino de celo. & subvertit civitates has, & omnem circa regionem, universos habitatores urbium, & cuncta terre circumvicia. In eiusmodi nefandis concubitoribus peccata mortis, quod constituit Deus Levit. XX. Qui dormierit cum masculino coitu femine,

utroque operatus est nefas: morte moriantur.

**IV.** Patres omnes vehementer zelant inveniuntur in tantum crimen, cuiusque gravitatem luminaria exaggerant. Sed præcipue S. Ioannes Chrysolomus hom. XXV. in epistol. ad Rom. Rom. si de fornicatione Paulus apostolus dixit, peccatum omne quodcumque commiserit homo, extra corpus esse; qui autem fornicatur, cum in præputium corpus delinquit: quid de ista in hoc dixerimus, quæ ipsa tanto est fornicationis delictum, quantum ne exprimitur quidem verbis licet? Neque enim hoc solum dico, quod effectus femina sit, sed quod perdidit spiritum hoc, nimirum virum esse: & quod neque in hanc transferis naturam, neque quom haberes asseraveris, sed communis utriusque effectus sit præditus; dignus quem tam viri, tum femina impudibiles a se exigant, tanquam qui vitiumque genus iniuria assereris. Neque ut intelligas quantum hoc ædum sit, quis ad te adiens promitteret fore ut te excruciatum efficeret, nonne ab eo tanquam exitioso declinaret? Tu vero te ipse non ex viro canem efficisti, sed animal hoc animante infamum. Quid autem, queso, si quis proficatur præstituram se ut viri pariant, & a parte in lecto decumbant, nonne ira excoadesceremus? At qui sic fuerit, deterior conditione sunt. Neque enim par idemque fuerit in mulierem naturam migrare, & vir interim manens, feminam fieri, qui potius neque hoc, neque illud fuerit. Plurima ibidem perloquitur, & Lib. III. ad Hebræos vituperatos vitæ monasticæ. va. contra hoc infame scelus.

**V.** Quest. I. Est ne verum sodomie crimen, si femina coeat cum altera femina? Resp. Adfirmat communis, & vera sententia. Quoniam tum datur coitus, contra debitum sexum, in quo proprie scelus sodomie situm est. Sive ergo femina utatur alieno instrumento, sive seculis, quando concubuit cum altera femina, etiam in vale anteriori, crimen sodomiticum perpetrat. Gravius tamen peccat, dum utitur alieno instrumento: quia tunc præter sexum indebitum est quoque indebitum instrumentum.

**VI.** Quest. II. Vir cognoscens mulierem in vase præpostero, committit ne sodomie crimen? Resp. Disputant in utramque partem Theologi. D. Thomas, cui maior Theologorum pars subscribit, docet non esse sodomiam, cuius natura posita est in concubitu inter personas eiusdem sexus. Quoties autem diversitas sexus servatur, licet non servetur debitum vas, ut in questione propolita contingit; committitur gravissimum crimen contra naturam, sed

sed non sodomiticum. Deformitas quippe peculiaris est, & formaliter diversa, non servare debitum sexum, & debitum instrumentum, ac non servare debitum vas, debito servato: Sed in sodomia non servatur debitum vas, nec instrumentum. Quando autem vir concubuit cum femina, servat debitum sexum. Ergo vir concubens cum femina, non committit sodomiam. At quia non servat debitum vas, dum eam cognoscit in vase præpostero; perpetrat vitium contra naturam. Ergo est diversa peccati species. Argumenta quæ contra opponuntur, prætereo; quia res adeo est plana, ut severius discutenda non videatur. Quamquam vero hoc vitium non puniatur poena sodomitis debita, gravi tamen suspensio peccati meretur. Quod si contentas mislandum esse poena sodomitarum, non valde repugnaverim. Nam licet, attenta metaphysice definitione, crimen sodomiticum dicendum non sit; eisdem tamen effectibus inducit, & repleta parum a vero sodomitico flagitio distat quantum ad effectus: quamvis, ut dixi, natura eius metaphysice spectata, speciem diversam habeat. Quod cum valde monstrum sit, & naturæ adversum, nihil obitare videtur quominus poena in sodomitas constituta plectatur.

**VII.** Quest. III. Circumstantia agentis, & patientis in sodomia sunt ne adeo graves, ut manifestari in confessione debeant? Resp. Videtur probabilior sententia negans. Quoniam natura nefarii criminis sodomitici non postulat ut semel immittatur intra vas patientis; sed fat est hoc quod agens penetrat vas illud; cum in hoc congressu generatio sperari nequeat. Porro quod in tali consecratione unus sit patientis, non videtur deformitas tanta esse, ut constituat peccatum debitum illam manifestandi. Nec refert quod agens semen etiam effundat; cum hoc ad sodomie crimen non requiratur. Et hæc opinio mihi magis aridet, eo quod in his flagitiis nefandissimis exponendis maior, quod fieri potest, servanda est brevitatis, & præfata narratio; nisi evidens necessitas oppositum postulet. Quando etiam masculi se se polluant, unus incubans, succubante altero ad modum mulieris, non est necessaria hæc manifestatio; dummodo nullus sit affectus ad vas præpostero, seu ad sodomiam; sed satis est dicere, mutuo se se polluisse. Si quis tamen alterum seduxisset, scandalum istud foret manifestandum.

**VIII.** Quest. IV. In sodomia scelere sunt ne explicandi gradus consanguinitatis, & affinitatis? Resp. Sermo nunc est de sodomia, Conc. Theol. Tot. IV.

sive preste, sive late accepta; ita ut si sodomie proprie accepta addat circumstantiam incestus, idem dicendum sit de sodomia improprie sumpta; ut cum vir concubuit cum femina, non servato debito vase. Primalentia docet, sodomiam inter cognatos non esse incestum. Secunda incestum committi docet in primo, & secundo, secus in tertio, & quarto gradu. Tertia admittit perpetrari incestum, sed eandem in omnibus gradibus adeo ut incestus sodomitici in primo gradu non distinguatur specie ab incestu in quarto gradu.

**IX.** Probabilior & vera sententia eodem modo dicitur de copula sodomitica, & de copula fornicaria quantum ad incestus speciem contrahendam, ita ut omnes coitus sodomitici, sive perfecti, ut inter masculos, sive imperfecti, ut inter masculum & feminam, in vase præpostero habiti, inter personas consanguineas, vel affines, in linea recta, aut transversali, & inter cognatos legales, aut spirituales, addant speciem incestus. Hoc solum discrimen est, quod incestus sodomitici non sunt impedimentum ad contrahendam matrimonium. Ceterum quod contrahatur hæc incestus-deformitas, ratio eod manifestata: quoniam æque, immo gravius, leditur reverentia debita inter consanguineos, & affines per coitus sodomiticos, ac per coitus naturales. Ergo utrobique committitur incestus. Porro cum Ecclesiæ lege statutum sit, hanc reverentiam ledi usque ad quartum gradum, qui concedunt ledi in primo, & secundo, facti debent violari etiam in tertio, & quarto gradu. Quid quod qui tactibus, osculis, amplexibus, vel pollutionibus agnoscit consanguineum, vel affinem, incestus crimen incurrit? Et, quando ultra tactus, amplexus, pollutionem addit quoque absumt nefarium indebiti vasis, incestum non contrahet? Hæc omnia manifesta sunt.

**X.** Quest. V. Sunt ne omnes sodomie eiusdem speciei? Resp. Præcis circumstantiis, omnes sodomie sunt eiusdem speciei, ut omnes sodomie inter masculos, vel inter feminas. Variantur vero ex circumstantiarum diversitate, ut ex consanguinitate, affinitate, & cognatione, quemadmodum dictum est. Item, si complicis persona sit ligata voto, aut matrimonio; si interveniat violentia, oppressio, fraus; tunc ob circumstantiarum diversitatem varias sodomie induunt species, iniustitie, sacrilegii &c. quæ omnes explicari in confessione debent.

**XI.** Si quis virgine sodomitice agnoscat, non esse explicandam circumstantiam, docent

recentiores nonnulli: quam opinionem probabilem indicant Salmanticenses tract. xxvi. cap. vii. *puncti*. §. n. 99. Verum epollitum mihi dicendum videtur. Dum enim virginis corpus pollutum, deformitas peculiaris est. Si fiat in vale naturali, est supinum; si in posteriori, est feditas supro iplo eae deterior, quod deterior est concubitus posterior coitu anteriori.

XII. Quid, si copula sodomitica cum conjugata aliena habeatur? Circumstantiam necessariam manifestandam induere copulam hanc, extra dilpationem est, aut esse debet. Coniugatus enim, five vir sit agens, five femina patiens, in concubitu sodomitico fidem conjugii frangit, carnem dividit, matrimonio iniuriam irrogat. Si adulterium est divortii causa, potiore iure coniugum separationem inducet crimen nefarium, eo quod maiorem partem infamiam, & coniugem efficiat infamem.

## CAPUT XV.

De penis in sodomitas, five laicos, five Clericos, constitutis.

DE penis a divina lege constitutam dictum est supra. Id nunc est restitui ut penas ab humanis legibus tum civilibus, tum sacris sanctas breviter indicemus. Et primum Ethnici ipsi pena mortis multabant sodomitas, utpote humanae generationi, & propagationi infellos, humanaeque naturae temeriores. Hac nostra tempestate vicombario puniuntur sodomitae, super quo Deus pluit ignem, & sulphur de caelo. Innumeri sunt legum textus, quos non vacat transcribere, qui hoc supplicium praescribunt.

II. Canonicae leges excommunicationis anathemati subiciunt laicos, ut colligitur ex Episcopi de excessibus Praelatorum. In Clericis vero haec fluit. Quicumque illa incontinentia quae contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios dissidentis, & quinque civitates igne consumpsit, deprehensus fuerit laborare: si Clerici fuerint, deiciantur a Clero, vel ad agendam poenitentiam in monasterio detendantur. Severius in eos animadvertit S. Pius V. in sua constitutione, quae apud Cherubinum est xxviii. in ordine, edita anno 1568. in qua haec habentur. Omnes, & quoscumque Presbyteros, & alios Clericos saculares, & regulares cuiuscumque gradus, & dignitatis, tam dicuntur nefas exercentes, omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico praesentis canonice auctoritate privamus; ita quod per iudicem ecclesiasti-

cum degradati, potestati statim seculari tradantur, ut de eis illud idem caput (supplicium quod in laicos, hoc in exiit devotissimus, legitime reperitur sanctionibus constitutum.

III. Quae II. Incurrit ne praefatas penas Clericus sodomita, si in concubitu semen non effundat? Resp. Erubescit atramentum, & natura ipsa horret talia proponere, & displicere. Verum quia in examen communiter vocantur, idcirco eadem indicta relinquere, ut operabatur, nequeo. Ad propositam quaestionem communior recentiorum sententia est negativa. Nam, quando lex sub poena delictum prohibet, oportet delictum, consummatum esse, & perfectum, ut poenam reus subire debeat. Siquidem leges penales stricto in sensu interpretandae sunt. Porro sodomia non est perfecta absque leminis effusione. Quomobrem, ubi hoc crimen reservatum ab Episcopo est, non est obnoxium reservatum, nisi fuerit effusio leminis. Hanc sententiam defendunt Salmanticenses tract. xxvi. cap. vii. *puncti*. §. n. 109. & pro eadem citant Suarez, Gancium, Marchinum, Bonacium, Dianam, Fillesium, Sayrum, Barbosam, & alios.

IV. Laudat Salmanticenses loc. cit. *puncti*. §. n. 87. docent, non esse circumstantiam experientiam, utrum quis agens fuerit, aut patiens, eo quod ad naturam, & essentiam sodomie non requiratur leminis effusio, cum coitus hic ad generationem requirit, quia haec ad generationem instituta est. Natura ergo & essentia nefandi criminis integra salvatur in sola penetratione vasii. Porro, quoniam integra natura delicti habetur, tum poena in idem constituitur subeundae sunt. Utique effusio leminis complet, & absolvit opus nefarium. Ceterum, hac leminis effusione sublatam, tota & integra constituit sodomie essentia in vasii indebita penetratione. Regula illa, quod leges penales stricto in sensu interpretandae sunt, suas habet exceptiones. Quando enim delictum bono communi infidius iruit, immo iacturam illius molitur; tum non in favorem rei, sed legis, fieri interpretatio debet. Sodomiticum vitium horrendum scelus est, quod & caelo ignem, & sulphur devocat, humani generis speciem destruit, naturam inquinat, deturpat, infamat. Ergo, his omnibus spectatis, probabilis mihi est, coitum sodomiticum, quoties adelt vasii penetratione, & crimen esse reservatum, & penis a iure constitutis obnoxium. Nec obest quod crimini aliqua accidentalium circumstantia delit,

si in-

si integra natura eiusdem habeatur. Fatentur autem adversarii ad naturam criminis sodomitici nullatenus requiri leminis effusionem.

VI. Quae II. Clericus, agnoscens feminam in veste praeposita, incurrit ne praefatas penas? Resp. Adfirmant Auctores, qui contendunt, veram esse sodomiam coitum cum femina in praeposito vase. Negant vero qui sustinent hunc esse solum innaturaliorem concubendi modum; levis sodomiam praese acceptam. Et quia haec esse D. Thomae sententiam supra declaratum est, ideo haec secunda opinio probabilior mihi est ob tanti viri auctoritatem.

XI. Quae III. Qui patiuntur sodomiticum concubitus, sum no penis a iure latas obnoxii? Resp. Sententia adfirmans vera est: Quoniam poena constituitur sicut adversus sodomitas patientes, ad gentes.

VII. Quae IV. Qui semel, aut bis perpetrat sodomie crimen, obnoxius ne est penis a lege statutis? Resp. Sententia negans videtur probabilior. Nam S. Pius V. licet in priori constitutione adversus sodomitas adhibeat veteribus praepositas, cuius significatio cadit etiam supra auctorem actum; tamen in posteriori constitutione usus est verbo *exercentes*, quod verbum frequentiam, & repetitionem actum iuxta commune significationem insinuat: qui enim actum aliquem elicit cuiusque artis, talem artem exercere minime dicitur. Confirmat hanc sententiam Martinus Navarrus in *Manuali* cap. xvii. num. 249. ubi testatur, Gregorium XIII. sibi adversus illud, data opera verbum *exercentes* insertum fuisse posteriori constitutioni, & substitutum prioris constitutionis verbo *perpetrantes*. Hinc inferunt. Ideoque arbitror tantum comprehendere eos qui quasi ex usu continuato id exercent. *Librum*. I. sciendum §. illud, ff. de Edil. edicti. *quis pro quem Baribol. in proam. ff. mon. to. di. cit. articum, vel mercatorum non dici eum qui semel aut iterum artem, vel mercatoriam exercet; sed eum qui rates, et vulgo opaiarios habetur pro tali. Sicut etiam erro, & abigens non dicitur quis pro uno vel altero actu. Ex L. quis fit fugitivus, §. Erronem; ff. de eodem & l. ff. Abig. Et ita temperanda videtur Extrav. saltem quoad forum conscientiae, ut solum comprehendat eum qui sic labitur in praefatum crimen, ut boni viri arbitrio dici possit exercitator eius, non autem qui tantum cadit aliquoties, & poenitet scilicet. Extrema vitanda sunt. Qui semel, aut bis ex passionis impetu, & occasione occurrit labitur, mea sententia non est poenarum severitate multandus. Ceteram neque expectanda est continuata tanti*

criminis professio, ut illius sententiae patroni docere videntur. Crimen est bono communi directe infelsum. Cancer est saepe natura levis. Si sodomita deprehendatur puerorum, aut foetorum seductor; si peculiaris praetor, & ad vitium pronatas impotens, & effrenis appareat, post secundam, aut tertiam vicem supplicio supponendus est. Praefendum est privato communitatis bonum. Leges penales benigne interpretandae sunt; quoties clementia in reum non sit levitas in innocentem, & quoties tonis malitia in ipso sit, ac non propagetur. Ceterum, quando lucus aliorum immaniter alios inficiat, vel inficere possit, tum fontes severe corripendi, atque puniendi sunt; ut clementia, & iustitia exerceatur erga innocentes, quorum ratio semper habenda est, atquam scitelli, & praevicatoribus abolvatur.

VIII. Quae V. Clericus, nefariam sodomiam artem exerens, incurrit ne beneficiorum privationem, aliasque penas suspensionis &c. ante iudicis sententiam? Resp. Negant recentiores iudices. Leges, inquit, iustas finit oportet. Quod autem rei debeant semetipso condemnare, poenaeque sibi imponere, nimis durum videtur, Quomobrem nullam incurri poenam, quae iure aliquo acquisita privetur, ante iudicis sententiam, docent; quamvis lex aperte pronuntiet, *ipso facto*, aut *nulla iudicis expectata sententia*. Verum rationes adductae infirmis mihi sunt. Crimen no supremo legislator potestate subiciendi sententiam? Neminem id adfirmaturum putaverim. Quoties ergo legislator constituit, reus penis obnoxius esse ipso facto, non expectata iudicis sententia; qui defendi potest, immunem a supplicio reum esse ante iudicis sententiam?

IX. Quod mihi verisimilius videtur, est neminem adstringi seipsum prode. Si sodomita oculus sit, non teneatur ante iudicis sententiam semetipsum diffamare, quae supplicio multare. Si notorius sit, & publicus, tunc constitutas perferre poenas, non expectata iudicis sententia, debet. Offensidua publica removere iure naturae adstringitur. Debitam quoque compensationem ipsum populo exhibere, & poenitentiae argumenta prode, ius omne praescribit. Quare mihi minime probatur sententia Salmanticensium, qui tract. xxvi. cap. vii. *puncti*. §. 3. n. 125. docent, Clericum sodomitiam, etsi notorietate facti publicum, liberum esse a penis plandae constitutionis. Pro qua sententia laudant Navarum, Valentiam, Sayrum, Rodriguez, Bonacium,

V 2

Bar-

Barbosam, Villalobos, Ioannem a Cruce, Huradum, Trulleucum, alioque. Clericus ille publicus sodomita publicam agere poenitentiam teneat. Porro, si sincera hae poenitentia sit, poenarum severitate in lemetipsum animadvertere debet. Quamnam vero congruentior poenae quam constituta a legitimo superiore? Quis dixerit sinceram esse illius poenitentiam qui obedire detrectat superiori, qui poenae a lege praescriptas luere recusat?

X. Quæst. VI. Clericus, reus peccati bestialitatis, incurrit ne poenae latus in sodomitam? Resp. Adfirmant non pauci: quia lex poenalis ab uno ad alium calum extendi debet, quando eadem utriusque ratio sit; & non comprehensus in lege sit gravior illo expresse in lege contento. Idque habetur in Glossa ad cap. 1. de tempor. ordinand. Lib. VI. Sed contraria sententia probabilior est. Nam odia restringenda, ampliandi favore sunt. Et quamquam leges preceptivæ reipia extendantur ad alios casus non expressos, quando eadem urget ratio, ut alias dictum fufus est; tamen legibus poenales minime id congruit. Quoniam illa a ratione, quæ honestatem spectat, pendunt; hæc a voluntate legislatoris. Utique ratio puniendi crimina præscribit; at poenarum qualitatem non definit. Sola est legislatoris voluntas, quæ unam præ aia poenam imponit, respectu semper habito ad criminis enormitatem. Accedit quod in proposita quaestione non eadem, sed diversa omnino ratio est. Nam bestialitatem inter & sodomitam magna est dissimilitudo. Ad hæc homines proxi sunt; fecus ad istam, a qua horror complicitas diversæ speciei retrahit.

## CAPUT XVI.

## De Bestialitate.

I. Bestialitas est concubitus cum indivi-  
duo alterius speciei. Crimen istud horrendum non variatur iuxta diversas animalium species, sed unicum est specie infima: sive enim coitus fit cum asina, sive cum equa, aut vacca, est eodem modo contra naturam.  
II. Ad peccatum bestialitatis revocari solet concubitus cum demone, quia scilicet est coitus cum indivi-  
duo alterius speciei, immo alterius generis. Præter tamen crimen bestialitatis accedit scelus superstitionis: siquidem concubitus cum demone societatem cum illo prodiit; societas autem hæc superstitionis crimen includit. Quapropter in hoc concubitu, quocumque modo se gerat demon, sive fit succubus ad modum mulieris, sive incubus

ad modum viri, semper sunt due malitia specie diversæ. Accidere alie circumstantie possunt. Nam, si quis cum demone, specie viri apparente, affectu sodomitico concubatur, erit tertia, præter duas recensitas, malitia speciei. Si sub specie affinis, conflanguntur, aut alienæ uxoris appareat; tunc erit crimen adulterii, vel incestus.

III. Bestialitatis crimen excedit omnia alia flagitia contra naturam, eo quod præ omnibus recedat ab ordine rationis. In ipsa antiqua lege morte plectebatur. Qui cum inmento, & prore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. Mulier quæ succubuerit cuiuslibet inmento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. Levit. capit. xx.

## CAPUT XVII.

De remediis adversus luxuriam. Probabilissimum benignitas, luxurie nimium favens, non attendenda.

I. Primum remedium libidinis est feritas eiusdem gravitatis meditato. Ob luxurie flagitium unversum humanam genus, octo servatis personis, aquarum diluio omni submersum fuit. In hoc tam immani, atque horrendo supplicio gravitatem libidinis, quæ eiusdem causa fuit, quisque dignoscere, & meditari, valet, ut sibi caveat. Duo sunt in hoc vitio notanda, eius universalitatis, & eius malitia. Omnis quippe caro corripere vitam suam super terram... Finis universæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate a facie eorum, & ego disperdam eos cum terra. Gen. I. Homines qui nunc incolunt mundum, eiusdem nature sunt cum illis qui aquarum diluio perierunt. Item libidinis ætus, eadem ad malum pronitas, eadem carnis rebellio, & concupiscentie collectatio adversus spiritum. Quod si luxurie effectus meditari velis, animo tibi propone duo præstantissimos viros in Scriptura divina commemoratos. David Rex sanctus, & virtutibus omnibus ornatus, adulterio perpetrato, unversam virtutum fuperalitatem exit, & crudelis nature indolem induit: Uriam quippe familiarum suam, atque de optime meritum, postquam illus deturpavit thalamum, dolo, & fraude interficiendum curavit. Salomon exemplar fons, & virtutum ac innocentie exemplar, mulierum lenocinios captus, vel ipsius Dei cognitionem abiicit, & in idololatriam lapsus est. In his duobus præstantissimis viris, mentis cecitatem, cordis duntiam, ani-

mi immanitatem, aliorumque malorum cladem, quam libido parit, contemplari cuique pervium est. Si enim tam eminentes viri in exemplum omnium læcolorum prolapsi sunt; quid omnicionis virtutibus delituti, vitis inquinati, mente & spirita infirmi, atque prope carnis, gula, & iraque mancipia triumphos inter familiaris effrontium leminarum congressus iactant?

II. Secundum itaque, & omnium in hæc materia validissimum, remedium est fuga mulierum, chorearum, theatrorum, comediarum. Hoc est remedium quod Scripturæ, & Patres omnes inculcat. Ecclesiasticus xlii. In medio mulierum noli commorari. De vestimentis enim procedit istius, & mulier iniquitas viri. Melior est iniquitas viri quam mulier benificiens, & mulier confundens in improbitum. Emphasis est, quæ vim mulieris ad seducendum humanam cor exprimit. Lenocinia mulieris, etiam pie, & benefacientis, periculosa sunt consortio hominum vel improborum. Idem dixerat superius cap. ix. Speciem mulieris aliena multi admirati, & improbi facti sunt: colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere ne festas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum: & non altereris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illam. Plurima alibi ex Patribus, & Scripturis in huic finem congesti, quæ, nec repetam, prætereo.

III. Quam fit hæc teterrima libidinis pestis diffusa, quæ nec Regum purpuras timet, nec squallorem apernatur mendicantium, ut alicubi Hieronymus ait; sed cuiusque status, sexus, professionisque personas aggreditur, inquinat, & maiorem partem abluunt: experientia testatur. Nemo est qui ignis illius flammam non sentiat: omneque intimum concupiscentie rebellionem lugent, & deplorantque tentationum vehementiam, occasionem frequentiam exaggerant.

IV. Cum hæc immanissima hæc totum humanum genus invadente conferas nunc velim plurimum Probabiliorum summam benignitatem. Chores ducere, theatra frequentare, familiaria, & diuturna utriusque sexus alioque permittunt, ut licita. Rigorismi in simulant eos qui chores, theatra, promiscuas conversationes Christianis interdiciunt. Quis, inquam, confessionis experiet, si suspendenda absolutio esset iis qui recensitis oblectamentis indulgent? Hæc via se blandos benignosque hominibus exhibent. Sed crudelis animabus est, & fallax hæc bonitatis larva. Castitatem servant necessum est Christiani, aut coniuga-

Conc. Theol. Tom. VI.

lem, si coniugati sint; aut virginealem, si liberi. Callitas virorum inter mulierum cantus, saltationes, aut theatralia præstigia, vel mulierum inter hominum congressus, & frequentia colloquia, chimæra est manifesta. Ita Scripturæ, ita experientia testatur. Quid ergo ad sacramenta accedunt, quoties hæc libidinis fomenta, atque irritamenta declinare reculant? Quid Confessarii absolutiois beneficium impendunt, si experientia periculum habent nihil unquam meliores evadere poenitentes suos, qui emendationem spondentes, profatis oblectationibus & illecebris rennuntiare detrectant? Benignissime, subdo ego. Sed nunquid benignitas ea est appellanda quæ infirmi vulnera fovet, quæ flagitiorum incitamenta permittit, quæ animas æternum perire sinit? Effræta crudelitas, & immanis levitatis, non clementia, aut benignitas dicenda hæc est. Hæc fit clementia tua. Ob oculos poenitentium statuo, nunquam se libidinis cæno subducturos, nisi mulierum conversatione, familiaritatem, theatrorum, & comediarum atque chorearum frequentiam devertent. Si id flagitia reuuant, aut Altari eos arcto, ne flagitia flagitis accumularentur, & facilegia sacrilegis addantur.

V. Tertium remedium est victus sobrietas, velutis modestia, otii exilium. Scripturæ sacre admonent crapulam, & ebrietatem luxurie esse tentam. Propheta Ezechiel cap. xvi. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ Iovovitus, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & silurium eius. Et Salomon Prov. vi. Luxuria res vinum. Et D. Paulus ad Ephel. v. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Tertullianus Lib. de ieiuniis: Apponides gula lascivia atque luxuria. D. Hieronymus Lib. adversus Iovinianum: Eius carnis, & potus vini, ventrisque saturitas seminumum libidinis est. D. Gregorius de cura pastorali Part. III. admon. xv. Peromque edocitas usque ad luxuriam pertulit: quia, dum fatietate ventris extenditur, oculi libidinis excitantur. Venter proximus est genitalibus: dum ille repletur, hæc foras emittunt redundantes lascivæ humores. Velium luxus, exquilitus ornatus, vanaque pompæ ad libidinem provocant. Modestia contra velium, & demissus incessus, animi redolent, & fovet castissimum.

VI. Remedium quartum est vigilans oculorum, sensumque omnium custodia. Ecclesiasticus cap. ix. Virgineum ne conficiat, ne forte scandalizet in peccato illius... Accerte

faciem

faciem tuam a muliere compta, & ne circumspicias mulierem alienam.

VII. Quantum remedium est averſio ab obſcenis tabellis, ſeu imaginibus, libræque impudicis, qui *Romani* vulgo vocantur. Quantum alibi de immoſſis, obſcenique tabellis dictum ſit; nihilominus non abs re cenſeo nonnulla hic adiciere. Fœdiſſima libidinum irritamenta obſcenæ imagines pronuntiant. Comes S. Auguſtinus Lib. I. Confeſſionum cap. xvi. ait: Ita vero non cognoſceremus verba hæc, imbræ aureum, & gremium, & ſucum, & templa celi, & alia verba, quæ in eo loco ſcripta ſunt; niſi Terentius indaceret nequam adoleſcentem, proponerent ſibi levem ad exemplum ſtupri, dum ſpectat tabulam quamdam pictam in parete, ubi merat pictura hæc: Iovem quo pacto Danaæ miſſile aiunt in gremium quendam imbræ aureum ſucum factum mulieris. Et videt quemadmodum ſe concitat ad libidinem, quaſi celefti magiſtro. At quem Deum? inquit. Qui templa celi ſummò ſonitu concitat. Ego homuncio id non facerem? Ego vero illud feci, ac libens. Petrus hic adoleſcens tabellam contemplant, quo Iovem in Danaæ gremium & celo delapſum per aureum imbræ referbat, ad exemplum libidinem incitatum ſe ſentit; ac de ſuo ſcelere gloriabatur, quaſi Deum imitatus fuiſſet. S. Patriarcha Chryſoſtomus demones aſſidere obſcenis picturis docet, ut potentis ſpectatoribus illudant, eoque facinent. Hæc enim ſcribit in Plalm. cxiii. Demon autem nude quoque figuræ aſſidet. Et non quidem ſtatue ſunt imagines fornicationis, nude inſati in maſculo amoris. Quid enim ſibi vult Aquila? Quid vero Ganymedes? Quid Apollo, qui virginem perſequitur? Quid alie exœcandæ figuræ? Ubique libido, ubique luxuriæ nefariarum concubitus, & inſanientium amorum ſtatue ubique veniunt. Statue enim, & ſæta, & publici conventus, & initia, ac myſteria turpiſſimarum rerum indicia ſunt, ac monumenta, ac documenta.

VIII. S. Carolus Borromeus Lib. I. Conſtitut. Synod. num. 26. hæc præcipit. Quoniam Chriſtianorum hominum mentes facile corrumpuntur peccandi libidine, inflammata ob rerum turpium, atque obſcenarum imagines; ideo illas eſſingi vetitum eſt Conſtantinopolitana Synodi canone. Itaque euret Episcopos ut quicumque latet homines id generis imagines habent, vel tabulas, vel parietibus expreſſas, pro picturis Chriſtiane, cui additi eſſe debent, ſtudio eas abiciant, vel plane deleant, vel ad honeſtatem reconvertantur. Cum Chriſtiane pie-

tatis rationi alienum ſit ad ornatum temporum adhiberi ea quæ non modo religionem non excitant, ſed intuentium mentes facile illicitum inveniunt, turpeſque cogitationes; id propterea cauendum, ne quis ad illa ornanda perſonatis, aut aliſque utatur, quæ obſcenis ſignis intertexta adhibent, quæ vel ethnicorum hominum, vel aliarum rerum loci ſanctitati repugnantium formam, ac ſpectum præſerant.

IX. Ab his ergo imaginibus avertendus aſpectus, tanquam a nefaria libidinis irritamenti. Crimina graviffima perpetrant familiarum domini, qui hæc ſædas tabellas æque non concremant, aut ab Chriſtiani pictoris penicillo reconcinari non faciunt ad modeltiæ Chriſtiane formam.

X. Non minus libidinem concitant libri amatorii, ſeu vulgo *Romani*, Poetæque læſivi. Immanis præcipis læſivis picturis faciunt in animarum perniciem eſtimodi inſames libelli, demone ſane inſtigante exarati. Iſtorum ſcriptores in fronte ſignum æternæ reprobanonis produunt. Sunt quippe diaboli doctores, & miniſtri ad caſtiſſimos mores inquinandos, & animarum æternum perdendas. Iſtorum librorum lectio, ceu animarum venenum & facinum, devitanda eſt. Tabellarum veterem referentium aſpectus ſenſus commovet, & phantaſmata concitat; ac facilius elabitur. Turpiſſima libellorum theorematum, conciones, mutua alloquia, artis amatorie exquisitæ fraudes, cordis humani obſidendi via, veneris excitandæ regule, & cetera omnia quæ in præſatis libellis fediffima eloquentia traduntur, alius animo inveniunt, & vehementius multo ad libidinem pertrahunt. Quare ſummò ſtudio, & vigilantia ab iſtorum librorum lectione cauſtodiendi adoleſcentes ſunt. Qui vero hos libros flammas dare reculant, ab Altari, & ſacramentis omnibus arcedi ſunt, tanquam indigni. Nec audias illorum excolationes, qui hos libros amatorios, ſeu *Romanos*, modestos, caſtoſque eſtutiant. Sunt utique alii aliis turpiores, nefandiorique, ſi verba, phraſeque expendas. Si vim concitandæ veneris, amorisque libidinoſum accendiſſe conſideres, illi frequenter præſtant qui lutum venenolum fumo illitum, verborumque minus turpium calamillo obtegunt. Peccant itaque bibliopole qui hos libros vendunt, typographi qui eodem imprimunt, reviſores qui eodem approbant, ut in lucem edantur.

XI. Hæcenus remedia deſignavimus, quæ occaſionum & periculorum mori humilimodi

contrahendi fugam ſuadent. Nunc exhibenda nonnulla remedia, quæ intus vires augent, animam roborant, & rebelles ſubigunt appetitus. Iſtus generis autem primum remedium eſt carnis compreſſio ieiuniorum, & abſtinentiæ moderatæ ſeveritate. Crapulae, intemperantiæ, & edrietatis declinatio quæntumque vel ethnicum hominem delinigit. Virgum autem abſtinentiæ, qua caro ſpiritui ſubijciatur, ut Chriſtiana caſtitas excolatur, Chriſtiani decet. Humilitatio vero, & ſuperbie depreſſio adeo neceſſaria eſt, ut Deus in hoc inſame crimine prolabi ſepe permittat vel ipſos caſtos ſuperbia tumentes. Exagritanda ergo caſtos ſuperbia tumens, tum alidum occupatione eſt tum humilitatione, tum alidum meditatione, ut amatoris rebus vadiamque meditatione, tum carnis maceratione, animique tempus non ſuperſit. Opportuna eſt hiſtorica quam narrat Hieronymus epiſt. iv. ad Ruſticum: inquit enim: Græcus adoleſcens erat in Cœnobio, qui nulla abſtinentia, nulla oporis magnitudine flammam poterat carnis extingere. Hunc perſtantem Pater monaſterii hæc arte ſervavit. Imperavit cuidam viro gravi, ut surgitis, atque conviciis inſectaretur hominem; & poſt irrogatam iniuriam, primus veniret, ad querimoniam. Vocati teſtes po eo loquebantur qui contumeliam fecerat. Fleve ille contra mendacium, quod nullus credere veritatis. Solus Pater deſenſionem ſuam candide opponere, ne abundantius triſtitia abſorbere frater. Quid multa? Ita anus dicitur eſſe; quo expleto interrogatus adoleſcens ſuper cogitationibus præteritis, an adhuc moleſta aliquæ ſuſtineret; Pater, inquit, trivere mihi non libet, & fornicari libet?

XII. Secundum generis huius remedium eſt iugis oratio, noviffimorum humilis & ſeria meditatio. Memorare noviffima tua, mortem, iudicium, infernum, paradifum, & non peccabis. Inquit enim Auſtor Libri Sapientia cap. vii. Et ut ſervi quoniam aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus dei, & hoc ipſum erat ſapientia, ſeræ cuius eſſet hoc donum: adi Dominum, & deprecatus ſum illum: D. Paulus II. ad Corinth. xii. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanae, qui me colaphizat. Propter quod rei Dominum rogavi, ut diſcederet a me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perſicitur. Lubet nonnulla tranſcribere ex iis quæ ſcribit Hieronymus epiſt. xli. ad Eufochium de ſemetipſo. O quoties ego ipſe in eremo conſtitutus & illa vaſta ſolitudinæ, quæ exuſta Solis ardoribus, horridum

præſtat monachis habitaculum, putabam me Romanis intereſſe deliciis! Sedebam ſolus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant ſæcra membra deformia, & ſqualida cuius ſiſum Ethiope carnis obduro. Quotidie lacryma, quæſtione genitus, & ſi quando repugnantem ſonnum imminens oppreſſit, nuda homo que eſſa herentia colliebam. De cibis vero, & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida utantur, & colium ali-quod accepſſe luxuria ſit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ meſum tam me carcere ipſe damnaveram, ſcorpionum tantum ſocius, & ferarum, ſæpe choris intereram puellarum. Palabant ora ieiunium, & mens deſideris æſtibat in frigido corpore, & ante hominem ſua iam carne premiturum, ſola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio deſtitutus ad Ieſu iacobam pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem bedomadaram nuda ſubiugebam. Huc animum intendant noſtri temperari heroes, qui in medio muliercularum, quas herinas vocant, liliū caſtitarum illibatam ſervare vel iſtam; ſequæ cupidis, epiſtrophe leiſectionibus repletos, inter muliebria lenocinia carnis ſtimulos ſentire perneant. Nullo ſuffundantur pudore, ſe Apoſtolo Paulo, & ſanctiffimis viris prætereant, ut liberius viis laxare oblectamenti habenas valeant.

XIII. Ultimum, atque ſaluberrimum remedium eſt piorum librorum lectio. Sacramentorum frequentia ſibi pio, docto, & prudenti Confeſſario, qui animarum zelo flagret. Lubet iſtuc tranſcribere quæ habet eximio pietate ac doctrina Cardinalis Toletus Lib. V. cap. xlii. n. 10. ubi remedia aſſignat contra peccatum pollutionis, quod eo eſt frequentius, poſſimum in adoleſcentibus, quo eſt enorantius. Inquit ergo: Eſt autem hoc peccatum diſſicillimæ emendationem, quia occaſio ſæpe ſemper eſt cum homine, & eſt adeo univerſale, ut crediderim maximam partem damnatorum hoc inſici peccato. Vix puto eſſe aliud efficaciæ remedium, niſi frequentiffimam confeſſionem cum uno eodemque Confeſſario, ut fiat ter in hebdomada, ſi fieri poſſit. Eſt enim hoc ſacramentum maximum: & qui hoc non utitur, non ſibi promittit emendationem, niſi per miraculum a Deo factum, aut rariffimum privilegium. In corporum morbis ſanandis nihil proficiunt medicinæ vel ſaluberrimæ, niſi ægrotus a cibis noxiis abſtineat. Ita in morbis animæ accidit. Frequens confeſſio ab eodem miniſtro docto, pioque remedium eſt veneri ſubigandæ quam maxime idoneum,

efficacissimumque: si prius omnia pericula remouerunt. Diversi texus personæ veluti mortalis naufragii scopuli devitentur; & ce-

tera quæ indicavimus, non negligantur: atque tunc confessionis frequentia optatos pariet fructus.

# LIBER NONUS IN DECALOGUM,

SEPTIMUM, ET DECIMUM PRÆCEPTUM TRACTANS:

Non furtum facies: Exod. xx. vers. 15.

Non concupisces rem proximi tui: ibid. 17.

## DISSERTATIO UNICA.

### CAPUT I.

Propositiones ab Ecclesia damnate in furti materia, & alia Casuistarum laxæ notandum damnata.

**I.** Secundæ tabule mandata humani generis tranquillitatem, & felicitatem spectant. Quartum, seu primum secundi ordinis, mutuum filiorum in parentes, & parentum in filios amorem cultumque prescribit. Quintum, ac sextum humanam vitam a cupidibus, & corpora nostra a qualibet turpi corruptione sarta tecta custodiunt. Septimum bona externa in tuto collocat, atque ab invasoribus defendit. Antequam de præcepto hoc dicere instituo, de more propositiones ab Ecclesia damnatas, & alias censura dignas recenseo.

Propositiones damnate ab Innocentio XI.

II. *Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.* Est in ordine 36.

III. *Famuli, & famula domestica possunt occulte heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam maiorem iudicant salario quod recipiunt.* Est 37.

IV. *Non tenetur quis sub pena peccati mortalis restituere quod ablatum est per paucos furtis, quantumcumque sit magna summa totalis.* Est 38.

Aliæ propositiones in hac materia damnatæ a Clevo Gallicano.

V. *Potest uxor viro surripere pecuniam, et*

iam ad ludendum, si mulier talis conditionis sit, ut ludus honestus pari loco cum alimentis, ac victu habeatur. 47.

VI. *Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illari.* 49.

VII. *Etiamsi donatario perspectum sit bona sibi donata fuisse a quopiam ea mente, ut creditores frustrarentur, non tenetur restituere, nisi eam donatorem suaserit, vel ad eam induxerit.* 50.

### Propositiones laxæ Casuistarum.

I. *Si aliquem qui iniustum damnum alteri inferre decreverat, consilio, vel hortatu magis etiam confirmasti, utrum ad restitutionem damnificato tenearis?* Resp. probabiliter negare posse. P. Paulus Layman in Theol. Mor. Lib. III. tract. III. cap. v. num. 5.

II. *Neque ob stare videtur, est horti tuum quo causa fueris, ut citius, atque expeditius damnum inferretur.* Idem Layman loc. cit.

III. *Si furi furandi gratia ascendenti scalam teneas, quam, etsi nemo teneret, tamen ascenderet; & si alportando rem furtivam, adiuvas aliquem, quam sine tuo subsidio auferret tamen, & furaretur; non tenetur ad restitutionem.* Hac omnia multum ad praxim conducunt. Ex quibus multos scrupulos, & onera restitutionis prudens Confessarius tollet. P. Antoninus Diana Tom. VIII. coord. tract. VII. resol. 39. §. 2.

IV. *Notandum tertio, compensationem*

etiam licitam esse, quamvis debitum actum non debeat. Potest enim aliquando creditor prevenire, & compenari sibi nunc pro eo quod debitor nondum debet, si timent tempore solutionis debitum non sibi solvendum. Idem Diana Tom. VI. coord. tract. III. resol. 150. §. 5.

V. *Non solum creditor iuste faceret compensationem exstantibus creditoribus anterioribus... sed etiam licet postuleret rem iure depositi.* Idem Diana Tom. VI. coord. tract. III. resol. 153. §. 4.

VI. *An, si quis tradat aliquibus vinum, ut nomine suo vendatur, si agnoscat illos minuendo mensuram, & admittendo aquam vendituros, peccet? In hoc posse extorrem, necessitatem, vel aliam similem causam operam suam minoris iusto locavit, quia saltem secundum quid involuntarius fuit, adeoque animam donandi non habuit, poterit defectum stipendii iure exigere; & si aliter habere nequeat, occulte compenlare: & dominus sibi imputet.* P. Patricius Sporer Tom. II. tract. v. in 7. præc. Decal. cap. v. sect. 3. §. 4. n. 83.

VII. *An quis possit vendere aliquid cum vitio occulto, quod si emptor sciret, non detur empturus saltem eodem pretio? Respondeo affirmative, dummodo venditoris pretio diminuat, quanto minus res propter defectum valet.* Idem Diana loc. cit. resol. 112.

VIII. *Aliquis ludendo falsis aleis pecunias lucratus est, eamque partem aliquam locio loco donavit, quamvis scienti, tamen cooperanti ad fraudem committendam. Rele dice potest locum ad nullam restitutionem obligari, si inlor ille pecunias iusto iniquo acceptas cum propriis miscuerat.* P. Paulus Layman in Theol. Mor. Lib. III. de iust. tract. IV. cap. XVII. §. 3. n. 22.

IX. *Observandæ sunt conditiones a DD. requiritæ, ut fieri possit occulta compensatio. Quarum prima est &c. Tertia, quod non possit facile via iuris debitum obtineri. Quamvis probabiliter, si hæc conditio delit, non peccet mortaliter qui utitur occulta compensatione.* P. Dominicus Viva in Tract. theolog. in præp. 37. Innoc. XI. n. 1.

X. *Quod in hac thesi proferbitur, est posse famulos occulte compenlare id quod ipsi iudicant ex iustitia sibi deberi in lalarium... idcirco ad occultam hanc compensationem faciendam requiritur iudicium viri docti simul, & periti.* Idem Viva loc. cit. n. 6. & in Curs. theol. Tom. I. part. II. quest. VI.

XI. *Si non potest creditor sine gravi incommodo ad iudicem recurrere, poterit sententiam quam iudex proferret, amplecti, & sic compenlare sibi debitum probabile probabilitate iuris; quamvis in praxi sit valde periculosum.* Idem Viva in Curs. theol. Tom. I. part. II. qu. vi. art. 3. n. 2.

XII. *Quarto docet Lessi, posse heredem ab intestato tunc compensationem occultam contra eam qui bona defuncti possidet ex testamento minus solenni: quia probabilis est sententia, quod ea bona debeantur heredi ab intestato, cui opinio potest se conformare.* Idem Viva loc. cit. n. 12.

XIII. *Famulus, vel officialis, qui obertorem, necessitatem, vel aliam similem causam operam suam minoris iusto locavit, quia saltem secundum quid involuntarius fuit, adeoque animam donandi non habuit, poterit defectum stipendii iure exigere; & si aliter habere nequeat, occulte compenlare: & dominus sibi imputet.* P. Patricius Sporer Tom. II. tract. v. in 7. præc. Decal. cap. v. sect. 3. §. 4. n. 83.

XIV. *Pro omnibus casibus licitum non est uti compensatione occultâ, cum solum detur opinio pro utraque parte, debitoris scilicet, & creditoris; sed in casibus particularibus id licet. Est etiam licitum in omnibus, quando datur maior probabilitas ex parte creditoris quod tale debitum sibi debeat.* Collegium Salmanticense in Cursu Theol. Mor. Tom. III. tract. XIX. cap. I. punct. 19. §. 3. n. 319.

XV. *Si dominus occupet famulum vel alius horis, vel in alii ministeris quam conventum est, potest famulus uti compensatione.* Idem Collegium Salmanticense loc. cit. §. 2. n. 316.

XVI. *Si tu alium iniuste infamasti, qui te antea infamaverat, non teneris ei ad restitutionem, si ipse tibi restituere nolit; sed potes uti compensatione, servata tamen æqualitate, quantum fieri potest.* P. Leonardus Lessius de iust. & iure Lib. II. dub. 25. n. 132.

XVII. *Quando unus alteram iniuste infamasset, neque, ut teneretur, vellet eam famam illi restituere; tunc iniuste infamatus, qui damnum in fama alteri non didisset, possit in pecunia compenlare damnum fame, in quo est, idque non solum non solvendo debitum antiquum occultum, quantum ad æqualitatem sufficere iudicaretur ad competentem compensationem famam in quo est; sed etiam occulte accipien-*